H. Scadding-

Bequest of

Rev. H. C. Scadding, D.D.

to the Library

of the

University of Toronto

1901

BEQUEST OF
REV. CANON SCADDING, D. D.
TORONTO. 1901.

Charles Davies
Sent Coll.

LGr
A254
.Yb.2

Aeschylus

TENTAMEN

DE

METRIS,

AB

ÆSCHYLO,

IN

CHORICIS CANTIBUS,

ADHIBITIS.

5-2986
2/1/02

[by Charles Burney]

Αἰσχύλος οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δαδοῦχοι ἀμφιέννυνται· ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχηστικὰ αὐτὸς ἐξευρίσκων, ἀνεδίδου τοῖς χορευταῖς.

ATHENÆUS, Lib. I. Vol. I. p. 80. Ed. SCHWEIGH.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS AC SUMPTIBUS ACADEMICIS.

M.DCCC.IX.

VENEUNT LONDINI APUD PAYNE: WILKIE ET ROBINSON.

VIRO ADMODUM REVERENDO

THOMÆ DAMPIER,

S. T. P.

EPISCOPO ELIENSI;

CONSTANTIA, JUDICIOQUE PROPE SINGULARI, PRÆDITO,

LITTERIS TUM SACRIS, TUM PROFANIS, APPRIME DOCTO,

ET

PROPTER MORES ITA TEMPERATOS,

UT SUMMA GRAVITAS CUM SUMMA HUMANITATE CONJUNGATUR,

OMNIBUS SUIS

CARISSIMO;

HOC DE METRIS ÆSCHYLI TENTAMEN,

OBSERVANTIÆ SIMUL ET AMICITIÆ CAUSSA,

D. D.

CAROLUS BURNEIUS.

PRÆFATIO.

Quæ de Metris ab Æschylo in Choricis Cantibus adhibitis scribere tentavi, Lector, velim, bonam in partem accipiat. Lyricos quidem Modos, qui apud illum Tragicorum Principem reperiuntur, novis metiendi legibus et posse dividi, et debere, judicavi; idque cur ita statuerim, in ipso Operis limine, dilucidè, ut spero, breviterque exposui. Quidquid autem pertinet ad Iambicum Metrum à Scenicis Scriptoribus usurpatum, itemque ad Trochaica Tetrametra Catalectica, et Systemata, quòd aiunt, Anapæstica, id omne, ne actum agerem, prudens sciensque prætermisi. Adolescentibus jam integrum est ea legere, et quidem maximo cum fructu relegere, quæ, in Præfatione ad Euripidis Hecubam, de Metris istis haud ita pridem scripsit Ricardus Porsonus:—vir et harum Litterarum Antistes; et mecum, per multos annos, jucundâ firmâque amicitiâ conjunctus.

Repetuntur Æschyli Melica, Editionibus cæteris sæpiùs neglectis, ex illâ, quæ formâ minori, post Glasguensem formâ maximâ, in Foulisiano Typographeo, An. mdccxcv. excusam, à Bibliopolis quibusdam Anglicis, laude suâ minimè fraudandis, Londini,

et Oxoniæ, tandem prodiit, An. MDCCCVI. Horum sanè Librorum tum in Titulis nomen Editoris deest, tum in fine Commentarius. At verò Phidiæ signa nullas requirunt notas, quæ Artificem nominatim designent. Vivi vultus, formarumque decus eximium, simul adspecta et probata sunt. Eâdem lege, nullum de Porsonianâ huic operi manu impositâ, Lectiones aliæ novæ, eædemque verissimæ, aliæ sedibus suis, è quibus immeritò exsulaverant, restitutæ, dubitandi locum relinquunt.

Equidem profiteor, me, in Æschyli verbis edendis, ducem mihi, et quodammodo auspicem, Porsonum proposuisse. Est autem ubi, Metri caussâ, aliæ à me voces transpositæ sunt, aliæ etiam novatæ. Nec tamen is sum, qui hujuscemodi mutationes superbo Emendationum nomine venditare ausim.

Godofredi Hermanni, τοῦ Μετρικωτάτου, viri à philosophiâ et omni liberali doctrinâ maximè instructi, meditatos in Æschylum labores, avidè, necesse est, unusquisque exspectet, cui sit cum Litteris humanioribus aliquod commercium. Apud Nostrates quoque, Schedis adjutus MSS. à Thomâ Stanleio relictis, quas Academia Cantabrigiensis in Bibliothecâ suâ conservat, ad Æschylum edendum diu multúmque incumbit Samuel Butlerus; qui ob egregiam et præclaram indolem Academicis honoribus ornatus, hodie Regiæ Scholæ Salopiensis Archididascalus est. Ricardus Porsonus etiam, tantùm abest, ut ab Æschylo suo se abduci patiatur, ut Notas, diu

desideratas, Emendationesque in Scholia Antiqua, ad Glasguensem Editionem absolvendam, jam inter alia studia paret. Nihil quidem Reipublicæ Litterariæ exoptatius potest accidere, quàm ut in lucem brevi proferatur, quidquid à tali viro plenè cumulatéque perfectum sit, aut etiam inchoatum.

His ex subsidiis, mihi quidem ipsi negatis, quum publici juris facta fuerint, Lector quisque doctissimus, multa ad errores, in quos ipse inciderim, explorandos et corrigendos, forsan expromet. Non me fugit, quàm periculosæ plenum aleæ opus sit Rei Metricæ tractatio. Etenim in viâ, tam incultâ, tam desertâ, et non nisi luce, quæ dubia vel maligna est, à Græcis Latinisque Scriptoribus perfusâ, sæpe ad id quod simillimum est veri, aditus quærendus est; quum illud ipsum verum in occulto lateat. Per id molestè quoque et mihi perincommodè accidit, in eâ, quam nactus sum, Spartâ, tenuem esse gloriam, quum labor sit permagnus. Nonnihil tamen me consolatur, quòd opus suscepi, et pro virili susceptum explevi, Juvenibus Studiosis neque ingratum, nec prorsus inutile. Id porro me parum solicitum habet, quòd flosculos verborum undequaque carpere, à consilio meo alienum esse duxi. Mihi enim semper persuasissimum fuit, eum officio suo satisfacere, qui in libris, Juventutis caussâ compositis, planè et perspicuè scripserit.

Ex Choricis, qui in hoc Libro repositi sunt, Cantibus, plurimi, annis antè duodeviginti, unà cum multis

aliis Antistrophicis ex Sophoclis, Euripidis, Aristophanisque Fabulis, et aliis ex Pindari Carminibus, desumptis, in Adversariis meis exarati sunt. Quòd autem in Lyricis Æschyli ordinandis curam, quàm potui, maximam impendi, monitum velim Lectorem, id à me ita factum esse, magìs ex amicorum præceptis atque hortatu, quàm meo de Metricis Legibus, quas pro modulo meo explicavi, aliquo confidenti judicio. Temporibus itaque subsecivis, quibus brevissimis fruuntur Scholarum Magistri, quum ea quæ mihi proposueram ad exitum qualemcunque perduxeram, Syndicorum Cantabrigiensium, virorum et doctrinâ et benignitate meritò celebratorum, propensa in rationes meas voluntas effecit, ut Tentamen hoc meum Typis Academicis mandaretur.

Quid est autem cur dissimulem, sæpissimè me ad hæc studia recolenda animum attulisse, docendi tædio defatigatum, aut curis, quæ humanam vitam exercere solent, non leviter oppressum. Hæc ad incommoda accessit molestus atque diutinus oculorum morbus. Quæ quum ita essent, non dubium est, quin et in scribendo, et in laboribus operarum corrigendis, multi errores, me vel imprudente, vel invito, in paginas hasce irrepserint. Fore tamen spero, ut hæc mihi delicta, et forsan his majora, viri docti, quæ est eorum benevolentia, ignoscere non graventur.

Qui Græcis Latinisque Litteris penitus imbuti sunt, vel tacente me probè nôrunt, Artem Metricam in rebus, quæ suâpte naturâ tenues obscuræque sunt,

explicandis aut corrigendis potissimùm versari. Alios autem censores, qui in totum Philologorum gregem paulò infensiores sunt, hoc unum postulo, ut ne ea, quæ in Tyronum gratiam fideli studio disposui, priusquam intellecta, aut saltem examinata sint, contemnant atque abjiciant. Quod ad Præceptores et Ludorum Magistros attinet, illos oro, ut, si quid à me rectè et utiliter dictum esse judicaverint, TENTAMEN hocce in Studiosæ Juventutis manus haud segniter tradant. Sin est autem, ut ipsi, et alii idonei harum rerum æstimatores, oleum operamque me perdidisse statuerint, chartæ meæ, per me licet, quàm celerrimè deferantur

—— " in vicum vendentem tus et odores."

GRENOVICI, IN COMITATU CANTIANO,
KALEND. JANUARIIS, M.DCCC.VII.

Idibus Decembribus, M.DCCC.IX.

De ratione, quam in hoc Opere secutus sum, hæc habui, quæ dicerem, Kalendis Januariis mdcccvii. At o spes hominum fallaces! Paucis pòst mensibus, dum hoc Tentamen imprimebatur, ille Eruditorum Coryphæus, Ricardus Porsonus, cui quidem me hoc Opus edendo forsan non displiciturum paulò fidentiùs exspectabam, morte, amicis luctuosâ, Academiæ acerbâ, Doctisque omnibus gravissimâ, rebus humanis, præmaturè sublatus est.

Ultimus ille ἐν τῇ τῶν Μακαριτῶν, parco enim Viventium nominibus, Anglorum ΠΛΕΙΑΔΙ, quæ antiquam illam in Aulâ Ptolemæi celeberrimam æmulata, non uno eodemque anno, sæculo tamen xviii. Græcos Scriptores laboribus Criticis illuminavit.

Magnanimi Heröes! En

RICARDUS BENTLEIUS:
RICARDUS DAWESIUS:
JEREMIAS MARKLANDUS:
JOANNES TAYLORUS:
JO. TOUPIUS:
THOMAS TYRWHITTUS:
RICARDUS PORSONUS!

At quantus ille PRIMUS, quantus etiam POSTREMUS! Si tamen in cæteris singulis singulas facultates,—— si mirabilem Regularum Metricarum scientiam:—— si facilitatem in Veteribus sanandis exquisitam:—— si notitiam Attici et Romani Juris uberrimam:—— si multiplicem eruditionem in obscuris locis illustrandis promtè et feliciter adhibitam:—— si præstantiam ingenii sagacitate excellentem:——— laudaverunt Æquales, et laudabunt Posteri: vos etiam, RICARDI ILLUSTRES—BENTLEIUM dico, et PORSONUM—— vos, tam in omnibus his animi dotibus egregios, quàm in singulis CÆTERI, collaudaverunt Æquales, et collaudabunt Posteri!

Sibyllam ferunt Oracula sua ventis protervis tradidisse, ita tamen ut, qui eam consulerent, folia hîc illic sparsa, et temerè volitantia, non nunquam arripere possent. Quæcunque autem ad Poëtas Atticos aliosque Auctores illustrandos in mente condita, chartis eheu! nunquam commissa, habebat Ricardus Porsonus:——illa omnia, in perpetuum desideranda, cum

ipso perierunt. Lugete, quantum est hominum Eruditiorum! Surgite, Studiosi Juvenes! accingite, et, si fas est, imitamini[a]!

([a]) Laboribus Typographi penè jam ad finem perductis, duæ Æschyli Tragœdiæ, Prometheus Vinctus et Supplices, seriùs quidem quàm optabam, in lucem prodierunt, Butleri Curis, Scholiis, Variorumque Notis exornatæ.

Hæc, quæ sequuntur, Parrius, Amicus ille noster antiquus atque eruditissimus, idemque Auctorum Veterum et Recentiorum judex, ante omnes alios subtilis et callidus, mihi mortem Porsoni nostri præmaturam lugenti, in litteris non ita pridem datis, rescripsit. Tanti Viri de tanto Viro verba, quæ quidem legere neminem non juvabit, cum Lectore communicare mihi pergratum est.

C. B.

" Profectò in Porsonum cum Bentleio comparatum uno omnes ore fatebuntur id cadere, quod Afer Domitius Quinctiliano interroganti [b], ' Quem Homero crederet maximè accedere ' acutè et venustè respondebat, ' Secundus est Virgilius, primo tamen propior, quàm tertio.' "

" Nos autem qui de postumis, ut dicitur, Porsoni operibus tandem aliquando edendis bona, fausta, felicia, fortunata augurabamur, spes omnino omnis fefellit. Nam in Scriniis ejus, ut ab hæredibus et cognatis accepi, scripta reperta sunt perpauca : ne unum quidem opus ad umbilicum videtur esse ductum. Res denique huc rediit, ut Porsoni nec præstantis ingenii, nec litterarum, quæ in eo non vulgares, sed interiores et reconditæ erant, ulla in κειμηλίοις ejus

---

(b) Quinct. X. 1.

restent vestigia, notulis et conjecturis quibusdam exceptis, quas librorum nonnullorum marginibus αὐτοσχεδιαζὶ καὶ παρέργως alleverat."

"Porsonus inter alias animi dotes egregias, vi quadam admirabili memoriæ pollebat. Doctis pariter atque indoctis hanc videbatur secum gestare quasi thesaurum quendam penè infinitum rerum innumerabilium. Hanc inventis excogitatisque rebus fidam et firmam custodem adhibebat. Inde satis intelligi potest, cur ea omnia, quæ magna pars hominum inter legendum vel meditandum in chartulas suas studiosè diligenterque conjiciunt, Porsonus, quoties sibi opus esset, ex memoriâ suâ veluti locupletissimo penu, consultò depromserit."

"Qui litteris excolendis se totos tradiderunt, et præsertim qui in Græcis Latinisque Scriptoribus emendandis omnes nervos contendunt, de rebus humanis atque adeo ipsâ vitâ, quæ fragiles caducæque sunt, haud ita valdè laborare solent. Itaque Porsono, ut opinor, vix aut ne vix quidem in mentem venit, fieri potuisse, ut illa ipsa ἀγχίνοια, quæ desiderium nostrum explere debuisset, studiosissimum quemque doctrinæ atque humanitatis tot tantisque incommodis afficeret."

LECTORI.

——Πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτῆς φύσιν.

Aristotelis hæc sunt verba.—Hinc, quum in fabulis Metra Iambica Trimetra, Trochaica Tetrametra Catalectica, et Anapæstica, ad suas ipsorum partes jam seposita essent, Poetæ Tragici Antispastico Metro in Choricis Cantibus locum præcipuum, nec sine ratione, attribuerunt. Ex pede enim Antispasto, qui constat ex Iambo et Trochæo, utriusque metri deliciis Atheniensium aures speraverunt sese posse implere. Ex illâ etiam penè infinitâ varietate, quæ à longarum syllabarum solutionibus ortum ducit, multorum metrorum elegantias eligere, et comprehendere voluerunt.

In Æschyli Lyricis superstitibus inveniuntur passim conjuncta,

Metrum Antispasticum,
——— Creticum,
——— Trochaicum,
——— Dactylicum,
——— Choriambicum.

Quibus addere licet

Metrum Ionicum à minore.

Occurrit quoque

Metrum Iambicum,
——— Anapæsticum, et
——— Bacchiacum.

I. Metrum Antispasticum.

Antispasticum Metrum constat ex Antispastis Puris, aut Impuris; et à Monometro ad Tetrametrum percutitur. — Nunc de Pede Antispasto dicendum est; posteà singulatim de Metris Antispasticis.

I. *Antispastus Purus.*

Antispastus Purus, qui pes est duplex vel compositus, et quatuor syllabarum, ex Iambo et Trochæo conflatur; quorum pedum syllabæ, suo quæque loco, suum rhythmum perpetuò servant:

⏑́ –́ –́ ⏑́ [a]. I.

Pers. XXIX. 1014. 2.

Πέπληγμαι; Τί δ';

Antispasti Puri pars prior, scilicet Iambica, est Iambus; et omnes libenter accipit varietates, quas in primâ Iambici Trimetri sede adhibere Tragici Poetæ solent. Hinc in illâ priore pedis portione locum sibi vindicat

Iambus,	⏑ –́
Tribrachys,	⏑ ⏑́ ⏑
Spondeus,	– –́
Anapæstus,	⏑ ⏑ –́ [b]
Dactylus,	– ⏑́ ⏑.

([a]) Observandum est, Arsin Accentûs Acuti [′], et Thesin, ubicunque notatur, Accentûs Gravis [`], notâ designari.

([b]) In Æschyli Choricis Cantibus, Anapæstus in priore Antispasti parte, rarò invenitur.—In Sept. Theb. I. 78. 1. legendum:

Θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλα τ' ἄχη.

In Editis Libris:

Θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη.

Θρεῦμαι est in Codd. Seld. et Paris. qui posterior et μεγάλα τ' ἄχη servat.

Alia Anapæstorum exempla in primâ sede Antispastorum, emendatione levi, vel *transpositione* quatenus necesse fuerit, removeri possunt; quod fit in hoc quidem Tentamine; Sept. Theb. 358. 975. Pers. 559. et aliis locis.

Antispasti Puri pars posterior, scilicet Trochaica, est Trochæus; et omnes libenter accipit varietates, quas in secundâ sede Trochaici Tetrametri Catalectici adhibere Tragici Poetæ solent. Hinc in hâc pedis portione locum sibi vindicat

Trochæus,	⏑ –
Tribrachys,	⏑ ⏑ ⏑
Spondeus,	– –
Anapæstus,	⏑ ⏑ – .

Inter hos autem Dactylo, pro Trochæo, nullus est locus.

Antispastus Purus, adscitis mutationibus in priore parte, secundùm Iambici primæ sedis legem, has formas exhibet:

	Prior Pars, ut primus pes Iambici Tragici, est		Posterior Pars est		
1.	Tribrachys,	⏑ – ⏑ ⏑ ⏑	– ⏑	Trochæus,	2.
2.	Spondeus,	– –	– ⏑	Trochæus,	3.
3.	Anapæstus,	⏑ ⏑ –	– ⏑	Trochæus,	4.
4.	Dactylus,	– ⏑ ⏑	– ⏑	Trochæus,	5.

Antispastus Purus, adscitis mutationibus in posteriore parte, secundùm Trochaici secundæ sedis legem, has formas exhibet:

	Prior Pars est		Posterior Pars, ut secundus pes Trochaici Tragici, est		
1.	Iambus,	⏑ –	– ⏑	Tribrachys,	6.
2.	Iambus,	⏑ –	– –	Spondeus,	7.
3.	Iambus,	⏑ –	⏑ ⏑ –	Anapæstus,	8.

Antispastus Purus, mutationibus in parte priore, ad legem primæ Iambici Trimetri sedis, et in posteriore parte, ad legem secundæ Trochaici Tetrametri sedis, simul adscitis, has formas exhibet:

	Prior Pars, ut pes primus Iambici Tragici, est		Posterior Pars, ut pes secundus Trochaici Tragici, est		
	⏑ ⏓		⏓ ⏑		
1.	Tribrachys,	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys,	9.
2.	Tribrachys,	⏑ ⏑ ⏑	⏓ –	Spondeus,	10.
3.	Tribrachys,	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus,	11.
4.	Spondeus,	– ⏓	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys,	12.
5.	Spondeus,	– ⏓	⏓ –	Spondeus,	13.
6.	Spondeus,	– ⏓	⏑ ⏑ –	Anapæstus,	14.
7.	Anapæstus,	⏑ ⏑ ⏓	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys,	15.
8.	Anapæstus,	⏑ ⏑ ⏓	⏓ –	Spondeus,	16.
9.	Anapæstus,	⏑ ⏑ ⏓	⏑ ⏑ –	Anapæstus,	17.
10.	Dactylus,	– ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys,	18.
11.	Dactylus,	– ⏑ ⏑	⏓ –	Spondeus,	19.
12.	Dactylus,	– ⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus,	20.

Notandum est, primam ex his Antispasti Puri formis solam, in hoc Tentamine, vocari ANTISPASTUM PURUM. Voces ANTISPASTI PURI FORMA, vel ANTISPASTUS PURÆ FORMÆ et primam, et quamlibet ex cæteris designant. Idem de Antispasto Iambico et Trochaico et eorum formis intelligatur.

Ex XX. Antispasti Puri formis, duæ Antispasto Puro sunt propriæ: Arsi verò et Thesi mutatis, sex quadrant cum sex Antispasti Iambici; tres, cum tribus Antispasti Trochaici; novemque, cum novem Antispasti Iambici, et cum totidem Antispasti Trochaici formis.

II. *Antispastus Impurus Iambicus.*

Antispasticum Metrum pro Puro Antispasto etiam Antispastum Impurum Iambicum admittit. Hic ex priore, sive Iambicâ, parte Antispasti Puri duplicatâ, formatur:

⏑ ⏓ ⏑ ⏓	pro	⏑ ⏓ ⏓ ⏑
Agam. XI. 456. A. 3.		
Τίνει χρέος.		Τίνει χρεῖος.

Antispastus igitur Iambicus constat ex Diiambo, vel Iambicâ Syzygiâ; cujus pedes eâdem, quâ pes primus Iambici Trimetri apud Tragicos, varietate gaudent. In Tragicorum Iambicis Syzygiis, sedem secundam vel Iambus, vel Tribrachys semper occupat: in Antispastis autem Iambicis, uterque pes, et prior, et posterior, omnes

mutationes, quibus Iambici Trimetri pes primus distinguitur, accipere solet.

Varietates, in Antispasti Iambici priore portione, sunt quæ sequuntur:

Iambus, ⏑ –
Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑
Spondeus, – –
Anapæstus, ⏑ ⏑ –
Dactylus, – ⏑ ⏑.

Eædem etiam in posteriore:

Iambus, ⏑ –
Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑
Spondeus, – –
Anapæstus, ⏑ ⏑ –
Dactylus, – ⏑ ⏑.

Antispastus Impurus Iambicus, istis varietatibus admissis, has formas accipit:

	Prior Pars, ut pes prior primi Metri Iambici Tragici:	Posterior Pars, ut pes prior primi Metri Iambici Tragici:	
	⏑ –	– ⏑	
1.	Iambus, ⏑ –	⏑ –	Iambus, 21.
2.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ –	Iambus, 22.
3.	Spondeus, – –	⏑ –	Iambus, 23.
4.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ –	Iambus, 24.
5.	Dactylus, – ⏑ ⏑	⏑ –	Iambus, 25.
6.	Iambus, ⏑ –	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 26.
7.	Iambus, ⏑ –	– –	Spondeus, 27.
8.	Iambus, ⏑ –	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 28.
9.	Iambus, ⏑ –	– ⏑ ⏑	Dactylus, 29.
10.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 30.
11.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	– –	Spondeus, 31.
12.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 32.
13.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	Dactylus, 33.
14.	Spondeus, – –	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 34.
15.	Spondeus, – –	– –	Spondeus, 35.
16.	Spondeus, – –	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 36.
17.	Spondeus, – –	– ⏑ ⏑	Dactylus, 37.
18.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 38.
19.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	– –	Spondeus, 39.
20.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 40.
21.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	– ⏑ ⏑	Dactylus, 41.
22.	Dactylus, – ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 42.
23.	Dactylus, – ⏑ ⏑	– –	Spondeus, 43.
24.	Dactylus, – ⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 44.
25.	Dactylus, – ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	Dactylus, 45.

Ex his xxv. Antispasti Iambici formis, novem Iambico propriæ sunt. Arsi et Thesi mutatis, sex quadrant cum sex Antispasti Puri; una, cum unâ Antispasti Trochaici; et novem, cum novem Antispasti Puri, itemque cum totidem Antispasti Trochaici.

III. *Antispastus Impurus Trochaicus.*

Antispasticum Metrum, pro Antispasto Puro, vel Antispasto Impuro Iambico, admittit, aut admittere videtur, Antispastum Impurum Trochaicum; qui ex posteriore Antispasti Puri portione duplicatâ enascitur. In hoc, pars utraque secundùm pedis secundi leges in Trochaicis Tragicis constituitur.

Hinc et in primâ et in secundâ portione Antispasti Trochaici locum habet

Trochæus, ⏑ –
Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑
Spondeus, ⏑ –
Anapæstus, ⏑ ⏑ – .

Antispastus Impurus Trochaicus, istis varietatibus admissis, has formas accipit:

	Prior Portio, ut secundus pes Trochaici Tragici:	Posterior Portio, ut secundus pes Trochaici Tragici:	
	⏑ ⏑	⏑ ⏑	
1.	Trochæus, ⏑ – ⏑	⏑ – ⏑	Trochæus, 46.
2.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ – ⏑	Trochæus, 47.
3.	Spondeus, ⏑ –	⏑ – ⏑	Trochæus, 48.
4.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ – ⏑	Trochæus, 49.
5.	Trochæus, ⏑ – ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 50.
6.	Trochæus, ⏑ – ⏑	⏑ – –	Spondeus, 51.
7.	Trochæus, ⏑ – ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 52.
8.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 53.
9.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ – –	Spondeus, 54.
10.	Tribrachys, ⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 55.
11.	Spondeus, ⏑ –	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 56.
12.	Spondeus, ⏑ –	⏑ – –	Spondeus, 57.
13.	Spondeus, ⏑ –	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 58.
14.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ ⏑	Tribrachys, 59.
15.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ – –	Spondeus, 60.
16.	Anapæstus, ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	Anapæstus, 61.

Ex his XVI. Antispasti Trochaici formis, Arsi et Thesi mutatis, tres quadrant cum tribus Antispasti Puri; una, cum unâ Antispasti Iambici; novem, cum novem Antispasti Puri, itemque cum novem Antispasti Iambici formis; tres denique nullam cum alio quopiam Antispasto, vel Puræ, vel Iambicæ formæ, convenientiam habent. Hæ tres sunt, quæ sequuntur:

1. – ∪ – ∪
5. – ∪ ∪ ∪ ∪
6. – ∪ – –.

Ex his tribus formis, ut videtur, oriuntur Metra Cretica, et Trochaica; quæ cum Antispasticis Choricis familiariter sese amant consociare.

In his autem quid ad secundam syllabam extendendam effecerint Musici, in Veterum Libris nequaquam demonstratur. Trochæus tamen, in primo pede Antispastici Glyconei et Pherecratei, Spondeo apud Æschylum et alios respondet; et Spondeus Trochæo. In Pherecrateis etiam Antistrophicis, Iambus in primâ sede Spondeo, et Iambo Spondeus, respondet:

In Æschyli Supplicibus, XX. 651. Stroph.

9. Εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄ-
10. ρης κέρσειεν ἄωτον.

XX. 663. Antistroph.

9. Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναι-
10. κῶν λόχους ἐφορεύειν.

METRUM.

Stroph.		Antistroph.	
9. – – – ∪ ∪ – ∪ –	Glyc. Pur.	– ∪ – ∪ ∪ – ∪ –	9.
10. – – – ∪ ∪ – –	Pherecrat.	– ∪ – ∪ ∪ – –	10.

Sic in eodem Dramate, Trochæus in Strophe Spondeo in Antistrophe respondet.

XXI. 674. Stroph.

7. Εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔ-
8. στω πάσᾳ νεολαίᾳ.

XXI. 684. Antistroph.

7. Ἀγνῶν τ' ἐκ στομάτων φερέ-
8. σθω φήμα φιλοφόρμιγξ.

METRUM.

Stroph.		Antistroph.
7. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ –	Glycon. Pur.	– – – ∪ ∪ – ∪ – 7.
8. – – – ∪ ∪ – –	Pherecrat.	– – – ∪ ∪ – – 8.

In Metro Pherecrateo, hæc, inter multa hujus oppositionis exempla, apud Æschylum occurrunt:

Supplic. XIX. 626. Stroph.

8. Οὔνεκ' ὤκτισαν ἡμᾶς,
9. ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο·
10. αἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διὸς,
11. ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον.

XIX. 639. Antistroph.

8. Ἄζονται γὰρ ἱμαίμους,
9. Ζηνὸς ἵκτορας ἀγνοῦ.
10. Τοιγάρτοι καθαροῖσι βω-
11. μοῖς θεοὺς ἀρέσονται.

METRUM.

Stroph.		Antistroph.
8. – ∪ – ∪ ∪ – –	Glyc. Pur.	– – – ∪ ∪ – – 8.
9. – – – ∪ ∪ – –	Pherecrat.	– ∪ – ∪ ∪ – – 9.
10. – – – ∪ ∪ – ∪ –	Idem.	– – – ∪ ∪ – ∪ – 10.
11. – – – ∪ ∪ – –	Pherecrat.	– ∪ – ∪ ∪ – – 11.

Iambus Strophicus, eodem modo, Spondeo Antistrophico apud Æschylum opponitur:

Supplic. XXI. 674. Stroph.

5. Νόσων [sic leg.] δ' | ἐσμὸς ἀπ' ἀστῶν. S. ∪ –

XXI. 684. Antistroph. quæ melior lectio:

5. Εὐφή | μοις δ' ἐπὶ βωμοῖς. A. – –

Sic etiam Spondeus Iambo:

Sept. Theb. XVII. 287. Stroph.

11. Πανδη | μεὶ, πανομιλεί. S. – –

XVII. 304. Antistroph.

11. Θεοὶ, | τοῖσι μὲν ἔξω. A. ∪ –

Verùm enimverò, scrupulus hìc et quædam dubitatio injici potest. Exoritur enim quæstio, utrùm illa metra Pherecratea, et Glyconea pura, quæ in primo pede, vel Trochæum, vel Spondeum, vel etiam Iambum, indiscriminatim admittunt; et in cæteris, Antispasticorum formam induunt; inter Antispastica numerari; an ad aliam quandam Metri speciem referri debeant?

Hujusmodi Metris, Aristides Quintilianus, in Libro de Musicâ, Edit. Meibom. II. p. 54. locum inter Antispastica videtur adsignare. Illa quoque, extra dubitationem, sub Antispasticorum nomine, describit Hephæstio, p. 33. Quum tamen Spondeo respondit Trochæus, vel Trochæo Spondeus, quâ arte secundam Trochæi brevem *sustinebant* Musici, ut illa brevis secundæ Spondei longæ æqualis videretur, nemo Veterum, quorum opera ad nostra tempora pervenêre, monuit.

Hæc, inter Metra, in quibus Tragici et Lyrici Poetæ *Basin* adhibuerunt, numerat Hermannus, De Metris, p. 216. Idem vir doctus monet Pherecrateum esse Dactylicum, et Glyconeum esse Logaœdicum Metrum. Hoc modo:

Stroph. { Εὐνά | τωρ βροτολοιγὸς Ἄ-
ρης κέρ | σειεν ἄωτον.

Antistr. { Ἄρτε | μιν δ' ἑκάταν γυναι-
κῶν λό | χους ἐφορεύειν.

Glycon. in Stroph.	in Antistroph.
– – ‖ – ∪ ∪	– ∪ –	‖ – ∪ ∪	– ∪	–
Pherecrat. in Stroph.	in Antistroph.
– – ‖ – ∪ ∪	– –	– ∪ ‖ – ∪ ∪	– –

In his omnibus, si *Basis* præfigitur, duæ primæ versuum syllabæ, secundùm Hermanni regulas, non turbant Metrum:

In Glyconeis; Εὐνά— et Ἄρτε—.

In Pherecrateis; ρης κέρ— et κῶν λό—.

Basin enim docet vir illustris Numerorum incipiendorum esse rationem, omni Numero destitutam. "Numerus," inquit, "in Basi adeò negligitur, ut, dummodò duo soni "audiantur, mensuræ nulla lex sit; possintque bisyllabi "pedes omnes promiscuè adhiberi." De Metr. p. 21.

Notandum est tamen, Basi in Pherecrateis admissâ, reliquam versûs portionem fieri Monometrum Antispasticum:

—σειεν ἄωτον ‖ – ∪ ∪ – ∪ ‖ —χους ἐφορεύειν.

In Glyconeis autem, reliquam portionem fieri Metrum Dochmiacum:

–τωρ βρότολοίγὸς Α- ‖ – ∪ ∪ – ∪ – ‖ μιν δ' ἑκατάν γὺναι-

In quorum utrisque syllaba prima, sive *Anacrusis*, longa est; et secunda pedis longa, in Arsi, syllaba soluta est. Hæc Metra legibus de Choricis Cantibus, in hoc Tentamine prolatis, optimè conveniunt.

Quid autem de Sapphicis Hendecasyllabis, quæ ex Asynartetis, dicendum? Hæc ex Trochæo duplici, et Choriambico Dimetro Catalectico formantur; et in illis cujusque primi Metri Pes secundus est vel Trochæus, vel Spondeus. Ultima enim Trochaici Metri syllaba indifferenter accipitur. Æoliis igitur fidibus, dum querebatur, vim et potentiam dedit Sappho, ex suâ, Musicâ in arte, scientiâ:

Ποικιλόθρο	ν', ἀθάνατ', Ἀ	φροδίτα,
– ∪ – ∪	– ∪ ∪ –	∪ – –
Troch. dupl.		

In hoc, secundum pedem occupat Trochæus; sed in alio versu, ejusdem carminis, Spondeus:



Hâc arte Musicâ, brevi syllabæ tulit auxilium; et Trochæi posteriorem Spondei posteriori syllabæ æqualem reddidit Poetria docta.

Quale tamen cunque fuerit illud *auxilium*, eodem sanè fulta videtur brevis syllaba ad finem prioris pedis in Antispasto Trochaico. Hic enim Antispastus Trochaicus fit ex secundo Trochaicæ syzygiæ pede duplicato; illiusque secundi pedis varietates, in utrâque Metri parte, exhibentur.

Secundæ etiam syllabæ Creticorum et Trochaicorum, locum apud Æschylum in Antispastico systemate tenentium, adjumenti quid, quantùm ex conjecturâ potest colligi, præbere solebat illa ipsa Musicorum Ars; ne periret prorsùs Antispastorum rhythmus. De Choricis autem Cantibus, pauca in Antiquæ Musicæ Auctoribus clara sunt et intellectu facilia. Atque hæc hactenus.

De Antispasti vi et naturâ, satis, superque forsan, est dictum. Jam varia Antispastica Metra sunt percurrenda; eorumque exempla ex Æschyli Choricis Cantibus petenda.

Hoc tamen de omnium generum Antispasticis apud Tragicos Poetas semel sit dictum:—Pedes in Antistrophicis, per singulas syllabas, necessariò Pedibus in Strophicis minimè respondent. Metra Metris tantùm opponuntur: et, in horum fine, voces secandi mos est usitatissimus; quod de cæteris Lyricis Æschyli Metris plerumque intelligendum.

In his etiam, et in omnibus Metris Choricis apud Tragicos, Interjectiones, sive Exclamationes, φεῦ, ἀ, ἰ, ἡ, οἰ, ὦ, et talia, nunc intra metrum, nunc extra, æstimantur. In aliis etiam vocibus, Hiatûs exempla apud Æschylum præbentur.

Subsequitur Tabula, quæ, in Lectorum oculis, varias Antispastorum formas, simul constituet.

TABULA VARIAS ANTISPASTORUM FORMAS EXHIBENS.



I. Antispasticum Monometrum.

Metrum Antispasticum Monometrum constat ex Antispasto simplici; qui omnes Pedis varietates admittit.

Metrum Monometrum.

I. *Ex Antispasti Puri Formis.*

I. ⏑ ⏓ ⏓ ⏑

Pers. XXIX. 1014. 2.

Πέπληγμαι; Τί δ';

Sic Agam. XXVIII. 6. XXX. 6. Choeph. III. 19.

II. ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑

Choeph. IV. 150. 1.

Ἴετε δάκρυ.

III. – ⏓ ⏓ ⏑

Agam. III. 160. S. 1.

Ζεὺς, ὅστις ποτ'.

Sic Antistr. 1. et Agam. IV. S. et A. 4. Choeph. XXI. S. 8. Eumen. XIX. S. et A. 4. XX. S. et A. 11. Suppl. IV. S. et A. 6.

IV. ⏑ ⏑ ⏓ ⏓ ⏑

Nullum exemplum apud Æschylum, in hoc Tentamine. De hâc re Notam pag. ii. conferat Lector.

V. – ⏑ ⏑ ⏓ ⏑

Agam. VI. 218. 9.

Καὶ προτέλεια.

Sic Agam. XIII. S. et A. 9. Choeph. XXI. A. 8.

VI. ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

Choeph. XXIII. 817. 6.

Τὰ δ' εὖ, 'μὸν, ἐμόν.

VII. ⏑ – – –

Pers. XXIV. 973. 1.

Ἰώ, μοι, μοι.

Sic Agam. XLVIII. S. 14. A. 14. Suppl. I. S. et A. 8. XXII. S. 4.

VIII. ⏑ – ⏑ ⏑ –

Monometrum nullum. Pedis igitur exemplum datur ex alio Antispastico: quod fit in aliis.

Choeph. VII. 343. S. 8.

Τάφον διαπον | τίου γᾶς.

IX. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Ex Antispastico Dimetro Acatalect.

Prom. XIII. 899. 1.

——— | ὁμαλὸς ὁ γάμος.

X. ⏑ ⏑ ⏑ – –

Agam. VII. 239. 9.

Ἔβαλ' ἕκαστον.

Sic Agam. XXV. 4. Choeph. XXVI. 4.

XI. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

Ex Antispastico Dim. Acatal.

Sept. Theb. XXII. 563. S. 3.

Μεγάλα μεγαλη | γόρων κλύων.

XII. – – ⏑ ⏑ ⏑

Ex Antispastico Dimetro Catalectico.

Prom. VI. 425. 7.

Νώτοισιν ὑπο | βαστάζει.

XIII. – ⏑ ⏑ ⏓

Pers. XVI. 673. 5.

Πάσᾳ γᾷ σᾷ.

Sic Pers. XVI. 673. 1. et Choeph. III. 8. Eum. XVII. 5. XVIII. 5. XXII. 6.

XIV. – ⏑ ◡ ◡ ⏓

Sept. Theb. XXVIII. A. 772. 3.

——— πό-

λεως πουλύβοτός τ'.

XV. ◡ ◡ ⏑ ◡ ◡ ◡

Nullum exemplum.

XVI. ◡ ◡ ⏑ ⏑ ⏓

Nullum exemplum.

XVII. ◡ ◡ ⏑ ◡ ◡ ⏓

Nullum exemplum.

XVIII. – ◡ ◡ ◡ ◡ ◡

Ex Antispastico Dimetro Acatalectico.

Agam. XXIII. 1090. 2.

Αὐτόφονα κακὰ, | ———

XIX. – ◡ ◡ – –

Ex Antispastico Dimetro.

Pers. XXIV. 973. 8.

Μυρία πεμπα | στὰν Βατανώχου.

Antispasti hujus formæ sub Adonei nomine quærantur.

XX. – ◡ ◡ ◡ ◡ ⏓

Nullum exemplum.

II. *Ex Antispasti Impuri Iambici Formis.*

XXI. ⏑ ⏓ ⏑ ⏓

Prom. XI. 687. 11.

Ἰὼ ἰώ.

Sic Prom. II. S. et A. 9. Sept. Theb. XVII. S. et A. 5. XXXII. S. et A. 1. XXXVI. S. et A. 1. 9. Pers. XXX. 11. XXXI. 11. Agam. VII. 12. X. S. et A. 8. 10. Agam. XI. S. et A. 3. XII. 12. XXVI. 4. XXVII. 4. XXXI. 1. XXXIII. 1. XL. XLV. S. et A. 9. XLVI. 3. XLVII. 3. XLVIII. S. et A. 1. 4. 6. Choeph. VI. S. et A. 7. XIII. S. et A. 1. 3. 5. XVII. S. et A. 1. 5. Eumen. V. A. 2. XIV. A. 1.—S. et A. 4. 6. XV. 10. XVI. 10. XXII. 1. Suppl. VI. S. et A. 3. XIII. S. et A. 3. XXII. S. et A. 2.—A. 4.

XXII. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓

Pers. XXXII. 1038. 6.

Ὀτοτοτοτοῖ.

Sic Pers. XXXIII. 6. XXXIV. 7. XXXV. 7.

XXIII. – ⏓ ⏑ ⏓

Pers. XXV. 988. 1.

Ἴυγγά μοι.

Sic Pers. XXVIII. 2. Agam. XXIX. 4. Choeph. XI. S. et A. 10. XII. S. et A. 4. Eumen. V. S. 2. XIV. S. 1. Suppl. VIII. S. 3. et A. 3.

XXIV. ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓

Exemplum nullum.

XXV. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏓

Sept. Theb. IX. 139. 11.

Ἄρτεμι φίλα.

Sic Pers. XI. S. et A. 6. XIII. S. et A. 6.

XXVI. ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

Conferend. VI..

Hæc forma, quod ad syllabarum quantitatem attinet, variatâ tamen Arsi et Thesi, inter Antispasti puras formas etiam occurrit: sic quoque quàm plurimæ Antispastorum formæ eodem modo inter se conveniunt; quod notandum. Cujusmodi exempla Metricis regulis examinet; iisque Rhythmicas notas adpingat, Lector in his rebus curiosus.

XXVII. ⏑ – – –

Conf. VII.

XXVIII. ⏑ – ⏑ ⏑ –

Conf. VIII.

XXIX. ⏑ – – ⏑ ⏑

Ex Dimetro Acatalectico.

Sept. Theb. XXIX. 778. S. 5.

——ἐτέ | λεσεν' πατροφό-

νῳ——.

XXX. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. IX.

XXXI. ⏑ ⏑ ⏑ – –

Conf. X.

XXXII. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

Conf. XI.

XXXIII. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

Sept. Theb. XXVIII. 766. S. 3.

'Ολοὰ τελλόμεν'.

XXXIV. – – ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XII.

XXXV. – – – –

Conf. XIII.

XXXVI. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XIV.

XXXVII. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Exemplum nullum.

XXXVIII. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XV.

XXXIX. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XVI.

XL. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XVII.

XLI. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Exemplum nullum.

XLII. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XVIII.

XLIII. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XIX.

XLIV. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XX.

XLV. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

Prom. IX. 566. 12.

Ὑπνοδόταν νόμον.

Sic Prom. XI. 8.

Conferend. Dactyl. Dimetr. Acatalect. Pur.

III. *Ex Antispasti Impuri Trochaici Formis.*

XLVI.

Exempla ex Glyconeis et Pherecrateis, vel ex Trochaicis quærenda.

XLVII.

Conf. II.

XLVIII.

Conf. III.

XLIX.

Conf. IV.

L.

Conferend. Metra Trochaica.

LI.

Conferend. Metra Trochaica.

LII.

Conf. XXV.

LIII.

Conf. IX.

LIV.

Conf. X.

LV.

Conf. XI.

LVI.

Conf. XII.

LVII. ⏑ – ⏑ –

Conf. XIII.

LVIII. ⏑ – ⏑ ⏑ –

Conf. XIV.

LIX. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

Conf. XV.

LX. ⏑ ⏑ – ⏑ –

Conf. XVI.

LXI. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Conf. XVII.

Ex his Antispasticis formis exoritur DOCHMIUS. Hinc quotquot fuerunt ANTISPASTI formæ, totidem erunt et DOCHMII; quippe qui pes sit Antispastus, finali syllabâ coagmentatus.

II. ANTISPASTICUM DOCHMIACUM.

METRUM Antispasticum Dochmiacum est simplex, et compositum. Constituitur enim:

I. ex Dochmio simplici;
II. ex Dochmio Hypercatalecto, septem syllabarum: quod plerumque Choriambicum Dimetrum Catalecticum vocatur;
III. ex Antispasto et Dochmio;
IV. ex Dochmio et Antispasto;
V. ex Dochmio duplici, sive ex duobus Dochmiis;
VI. ex Dochmio, inter duos Antispastos; vel
VII. ex Antispasto, inter duos Dochmios.

Horum, fortasse, quædam aliam accipere possunt divisionem. Quædam etiam inter Asynarteta numerantur.

In omnibus Dochmiacis Metris, præter Glyconeum et Pherecrateum, admittitur Antispastus Puræ, vel Antispastus Iambicæ formæ. Antispastus autem Trochaicæ formæ in Glyconeis et Pherecrateis locum habet: datis tamen, si fas, artis Musicæ viribus, ad secundam Ditrochæi brevem syllabam, *quasi Metri ultimam*, ubicumque opus, sustentandam.

I. Antispasticum Dochmiacum Simplex.

Antispasticum Metrum Dochmiacum Simplex, quod est Metrum Antispasticum Monometrum Hypercatalecticum, constat ex Dochmio, vel ex Antispasto, sive Antispastico Monometro, cum syllabâ communi ad finem adjectâ; quæ tamen pro longâ semper æstimanda.

I. *Dochmiacum Metrum.*

I. ⏑ – – ⏑ –[a]

Sept. Theb. IV. 2.

Τί ῥέξεις, Ἄρης;

Sic Sept. Theb. IX. 8. XII. 2. XIII. 2. XVII. S. et A. 17. XXXII. S. et A. 4. XXXIII. A. 3. XXXVI. S. et A. 14. Pers. VII. S. et A. 3. Agam. IX. S. et A. 4. XXXVI. 5. XXXVIII. 5. XLV. S. et A. 7. Choeph. VII. A. 5. Eumen. I. S. et A. 4. VI. 13. XV. 2. XVI. 2. Suppl. XXIX. 10.

II. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –

Prom. X. 5.

Ἔτυμα προσθροεῖς.

Sic Agam. XXV. 6. XXXII. 1. 4. 6. XXXIV. 1. 4. 6. XXXV. 2. XXXVII. 2. Choeph. IV. 6. Eumen. II. A. 3. III. S. et A. 2. VIII. S. 10.

([a]) De Arsi et Thesi conferenda est Antispastorum Tabula.

III. ⏑ – – ∪ –

Prometheus VII. S. 9.

Ἄσβεστον πόρον.

Sic Pers. XXV. 6. Choeph. IX. S. 7. XVI. S. et A. 1. XX. 5. XXVI. 12. Eumen. XV. 5. XVI. 5. XIX. S. 13.

IV. ∪ ∪ – – ∪ –

Exemplum non occurrit.

V. – ∪ ∪ – ∪ –

Sept. Theb. V. 5.

Δουλοσύνας ὕπερ.

Sic Sept. Theb. VI. 5. XIII. 8. XXVII. S. 8. XXXVI. S. 7. Pers. XXII. 10. Agam. XXXV. 5. XXXVII. 5. Choeph. V. S. et A. 6. VII. S. et A. 1. XIV. S. et A. 1. XVI. S. et A. 7. XXI. S. et A. 3. Eumen. VI. 7. 9. Suppl. VI. S. et A. 9. VIII. S. et A. 13. IX. S. 5. A. 5. XIII. A. 4. XXVII. 6. XXVIII. 6.

VI. ∪ – ∪ ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXXVI. A. 7.

Πόνοισί γε δόμοι.

Sic Pers. XXVII. 2. Choeph. III. 16. et IX. A. 7.

VII. ∪ – – – –

Sept. Theb. XXVII. S. 1.

Κρατηθεὶς ἐκ φί-
λων———

Sic in Antistr. I. et XXIX. S. et A. 1. XXXIV. 8. Agam. II. 12. Choeph. III. 3. Suppl. X. S. et A. 3. 5. 7. XXV. S. et A. 1. XXIX. 8.

VIII. ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Agam. II. 2.

Δρόσοισιν ἀέπτοι-
σιν ————

Sic Agam. XIX. 2. XX. 2. XXI. 1. XXII. 1. Choeph. VII. S. 5. Eumen. XV. 9. XVI. 9. Suppl. XXX. 11.

IX. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

Pers. XXXIV. 2.

Ἄνι,' ἄνι,' ἄνια.

Sic Pers. XXXV. 2. Agam. XXVI. 6. Eumen. VIII. A. 10.

X. ⏑ ⏑ ⏑ – – –

Sept. Theb. XXII. S. 4.

Ἀνοσίων ἀνδρῶν.

Sic in Antistr. 4. Choeph. XXV. S. et A. 2. Eumen. II. S. 3.

XI. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –

Pers. XXIII. 10.

Τάδε σ' ἐπανέρωμαι.

Sic Suppl. XXIX. 13.

XII. – – ⏑ ⏑ ⏑ –

Exemplum nullum occurrit.

XIII. – – – – – –

Pers. XXIV. 6.

Ἦ καὶ τὸν Περσῶν.

Sic Agam. XLVI. 1. XLVII. 1. Eumen. XIX. A. 13. Suppl. VI. S. et A. 7. XXXII. 1. XXXIV. 1.

XIV. – – ∪ ∪ – –

Prometh. X. 8.

——— κέν-
τροις φοιταλέοισιν.—

XV. ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ –

XVI. ∪ ∪ – – – –

XVII. ∪ ∪ – ∪ ∪ – –

Horum trium nullum occurrit exemplum.

XVIII. – ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXXIV. 10.

Οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.

Sic Choeph. XIX. A. 5. Eumen. IV. 4. Suppl. XV. A. 4. XIX. S. et A. 3.

XIX. – ∪ ∪ – – –

Sept. Theb. V. 7.

Δοχμολόφων ἀνδρῶν.

Sic Sept. Theb. XII. 8. XXVII. A. 8. Choeph. XXII. 5. XXIII. 1.

XX. – ∪ ∪ ∪ ∪ – –

Agam. XLIX. 3.

Ξὺν δάκρυσιν ἰάπτων.

Sic Agam. L. 3. Choeph. XIX. S. 5.

II. *Dochmiacum Metrum Iambicum.*

XXI. ⏑ – ⏑ – –

Prometh. VI. 5.

Σθένος κραταιόν.

Sic Sept. Theb. III. 2. IX. 6. XXX. S. et A. 4. Pers. IX. S. 1. XI. S. et A. 8. XXVI. 2. Agam. VIII. 15. IX. S. et A. 6. XIII. S. et A. 17. XVIII. S. et A. 6. XLIII. 6. XLIV. 6. Choeph. X. S. et A. 3. Suppl. X. S. et A. 10. XIV. S. et A. 5. XXIX. 15.

XXII. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –

Suppl. XXXII. 5.

——— πολυ-

ψάμαθον ἀλαθείς.

XXIII. – – ⏑ – –

Prometh. IV. S. 9.

Δείκνυσιν αἰχμάν.

Sic Septem Theb. XVII. A. 3. XXVIII. S. et A. 6. XXXVI. S. et A. 12. Pers. VII. S. et A. 2. IX. A. 1. Agam. VIII. 11. Choeph. XVI. S. et A. 3. Eum. VI. 3. XXII. 17.

XXIV. ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Nullum occurrit exemplum.

XXV. – ⏑ ⏑ ⏑ – –

Pers. XIII. S. 3.

Βάρβαρα σαφηνῆ.

Sic in Antistroph. 3. Suppl. XXXIV. 5.

XXVI. ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

Conferend. form. VI.

XXVII. ⏑ – – – – –

Conf. VII.

XXVIII. ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Conf. VIII.

XXIX. ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Nullum occurrit exemplum.

XXX. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

Conf. IX.

XXXI. ⏑ ⏑ ⏑ – – –

Conf. X.

XXXII. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –

Conf. XI.

XXXIII. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Choeph. XXI. S. 12.

Τόδε καλῶς κτάμενον.

Sic Eumen. XVII. 1. XVIII. 1. Suppl. XXXI. 11.

XXXIV. – – ⏑ ⏑ ⏑ –

Conf. XII.

XXXV. – – – – – –

Conf. XIII.

XXXVI. – – ⏑ ⏑ – –

Conf. XIV.

XXXVII. – – – ∪ ∪ –

Sept. Theb. VI. 7.

Δ' ἱππείων γενύων.

Sic Sept. Theb. XXXIII. S. 3.

XXXVIII. ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ –

Conf. xv.

XXXIX. ∪ ∪ – – – –

Conf. xvi.

XL. ∪ ∪ – ∪ ∪ – –

Conf. xvii.

XLI. ∪ ∪ – – ∪ ∪ –

Exemplum nullum occurrit.

XLII. – ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ –

Conf. xviii.

XLIII. – ∪ ∪ – – –

Conf. xix.

XLIV. – ∪ ∪ ∪ ∪ – –

Conf. xx.

XLV. – ∪ ∪ – ∪ ∪ –

Prometh. VI. 2.

——— δα-

μέντ' ἀκαμαντοδέτοις.

Sic VI. 6. Suppl. XV. S. 4.

Hujusmodi Metra inter Dactyl. Dimetra Hypercatalect. recensentur.

III. *Dochmiacum Metrum Trochaicum.*

XLVI. – ∪ – ∪ –

Hæc inter Trochaica Monometra Hypercatal. ponuntur.

XLVII. ∪ ∪ ∪ – ∪ –

Conf. II.

XLVIII. – – – ∪ –

Conf. III.

XLIX. ∪ ∪ – – ∪ –

Conf. IV.

L. – ∪ ∪ ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXXII. S. et A. 6.

Οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ.

LI. – ∪ – – –

Exemplum nullum occurrit.

LII. – ∪ ∪ ∪ – –

Conf. XXV.

LIII. ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ –

Conf. IX.

LIV. ∪ ∪ ∪ – – –

Conf. X.

LV. ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ – –

Conf. XI.

LVI. – – ∪ ∪ ∪ –

Conf. XII.

LVII. – – – – –

Conf. XIII.

LVIII. – – ⏑ ⏑ – –

Conf. XIV.

LIX. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

Conf. XV.

LX. ⏑ ⏑ – – – –

Conf. XVI.

LXI. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Conf. XVII.

II. Dochmiacum Hypercatalecticum.

Metrum Dochmiacum Hypercatalecticum est reverà Antispasticum Dimetrum Brachycatalecticum:

– ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Prometh. XIII. 899. 9.

Μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

Est semper septem syllabarum; eique locus frequens in Antispastico systemate conceditur. Cum Choriambicis quoque conjunctum sæpe reperitur. Hinc Choriambicum Dimetrum Catalecticum plerumque in hoc *Tentamine* nominatur; inseriturque inter Choriambica horum Metrorum Index.

Generis etiam Logaœdici Metrum esse videtur. Sic Hermannus de Metr. p. 286.

III. Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Antispasto et Dochmio.

Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Antispasto et Dochmio vocatur etiam Antispasticum Dimetrum Hypercatalecticum. In hoc, ut in cæteris, admittuntur variæ Antispastorum formæ. Syllaba Dochmiaca est indifferens.

$$\cup - - \cup \,|\, \cup - - \cup -$$

Sic pura forma; quæ rarior. Impura est frequentissima.

Prom. VI. 8, 9, 10.

Βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων ξυμ-
πιτνῶν, στένει βυθὸς, κελαινὸς δ'
ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς,
παγαί θ' ἁγνορρύτων ποταμῶν στέ-
νουσιν ————————.

Sic Prom. IX. 16, 17. XIII. 5, 6. Sept. Theb. I. 5. II. 5. V. 2, 3. 12. VI. 2, 3. 12. XVII. S. et A. 16. XIX. S. et A. 3. XXXI. 6. XXXII. S. et A. 5. XXXIV. 5. XXXVI. S. et A. 6. 8. XLVI. 1, 2. Pers. VI. S. et A. 5. IX. S. et A. 4. XI. S. et A. 7. XXVI. 1. 3. XXVII. 1. 3. XXVIII. 3. XXIX. 3. XXX. 8. XXXI. 8. XXXIV. 4, 5. XXXV. 4, 5. XXXVI. 3, 4. XXXVIII. 3, 4. Agam. V. S. et A. 5. IX. S. et A. 1, 2. 7. 9, 10. XIII. S. et A. 19. XV. S. et A. 3. XXV. 1. 5. XXVI. 1. 5. XXVIII. 7. XXX. 7. XXXV. 3. XXXVII. 3. XLIII. 1. 8. XLIV. 1. 8. XLIX. 4. L. 4. Choeph. IV. 8. VII. S. et A. 3. IX. S. et A. 5. X. S. et A. 2. 4. XIV. S. et A. 4. XVI. S. et A. 4. XVIII. S. et A. 3. XX. 3. XXII. 3. Eumen. I. S. et A. 1. III. S. 5. IV. 1. VII. S. et A. 4. XIV. S. et A. 9. XV. 7. 13. XVI. 7. 13. XVII. 2. 4. XVIII. 2. 4. Suppl. VII. S. et A. 1. 6. IX. S. et A. 1. XV. S. et A. 1. XVII. S. et A. 1. XXVII. S. et A. 1, 2. XXI. S. et A. 4. XXIII. S. et A. 3.

IV. Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Dochmio et Antispasto.

Antispasticum Metrum ex Dochmio et Antispasto inter Asynarteta est referendum. Varietates sunt eædem, quæ in aliis Dochmiis et Antispastis admittuntur. Syllaba Dochmiaca est indifferens.

Forma pura, quæ rarior:

$$\cup - - \cup - | \cup - - \cup .$$

Sept. Theb. II. 87. 3.

Ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαός.

Prom. IX. 8. X. 15, 16. Sept. Theb. I. 3. IX. 3. 7. XIV. S. et A. 3. XVIII. S. et A. 11. XXVI. S. et A. 3. XXX. S. et A. 5. XXXIV. 1, 2. XXXV. 3. XLV. 3, 4, 5. XLVI. 3, 4, 5. Pers. XXII. 9. XXIII. 9. Agam. VI. 10, 11. VII. 10, 11. VIII. 2. 12. IX. S. et A. 11. XII. 1. 5, 6. 8, 9. XVI. S. et A. 1, 2. XXXII. 3. XXXIV. 3. XLII. S. et A. 3. Choeph. II. S. et A. 2. 4. 9. XV. S. et A. 4. XVII. S. et A. 3, 4. 8. XXV. S. et A. 5. Eumen. II. S. et A. 2. X. S. et A. 1, 2. XV. 11. XVI. 11. Suppl. V. S. et A. 2. XXII. S. et A. 1. XXV. S. et A. 9. XXXII. 2. XXXIV. 2.

V. Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Dochmio duplici.

Antispasticum Dochmiacum Metrum ex duobus Dochmiis, est ex Asynartetis; omnesque varietates Antispasticas in Antispasticâ utriusque parte, solet admittere. Ultima, sive Dochmiaca, Pedum syllaba communis est.

Forma pura, quæ rarior:

$$\cup - - \cup - | \cup - - \cup -$$

Sept. Theb. XX. 417. S. 2.

Θεοὶ δοῖεν, ὡς δικαίως πόλεως.

Prom. VI. 3. IX. 2. 5. 10. 19, 20, 21. 26. X. 1. 3. 10. 14. XI. 10. XIII. 7. Sept. Theb. I. 2. 6. 8, 9. II. 2. 6. 8, 9. III. 3. IV. 3. V. 4. 8, 9. VI. 4. 8, 9. VII. 1, 2. VIII. 1, 2. X. 1. 3, 4, 5. XI. 1. 3, 4, 5. XII. 3. 7. XIII. 3. 7. XIV. S. et A. 1, 2. XV. S. et A. 1, 2, 3. XVI. S. et A. 1, 2. XVII. S. et A. 1. XVIII. S. et A. 7. XIX. S. et A. 2. XX. S. et A. 1, 2, 3. XXI. S. et A. 1, 2, 3. XXII. S. et A. 1, 2. XXIII. S. et A. 1, 2. XXIV. S. et A. 1, 2, 3. XXVII. S. et A. 7. XXXIII. S. et A. 4. XXXIV. 3, 4. XXXV. S. et A. 1, 2. 4, 5. XXXVI. S. et A. 15. Pers. VIII. S. et A. 2. XV. S. et A. 1. XXII. 4. XXIII. 4. XXIV. 3. XXV. 3. XXVIII. 1. XXIX. 1. XXXVI. 1. XXXVII. 1. Agam. II. 10. V. S. et A. 1, 2. 6. VI. 1, 2. 4, 5, 6, 7, 8. 14. VII. 1, 2. 4, 5, 6, 7, 8. 13, 14. VIII. 1. 4, 5, 6. 10. 14. X. S. et A. 1, 2, 3. 7. 14. XI. S. et A. 1. 4, 5. XV. S. et A. 2. XXIII. 1. XXIV. 1. XXVII. 1. 5. XXVIII. 3, 4. XXIX. 1. 5. XXX. 3, 4. XXXII. 2. 7. XXXIII. 3. XXXIV. 2. 7. XXXV. 4. XXXVI. 1. XXXVII. 4. XXXVIII. 1. XLI. S. et A. 1. 3, 4. XLII. S. et A. 1. 6. Choeph. III. 11, 12. IV. 13, 14. VII. S. et A. 4. XI. S. et A. 9. 11. XII. S. et A. 1, 2, 3. 5. XVI. S. et A. 2. 6. XVIII. S. et A. 2. XXV. S. et A. 1. 3. 7, 8, 9. XXVI. 2, 3. 5. 7, 8. 14. Eumen. I. S. et A. 3. 6. III. S. et A. 4. V. S. et A. 4. VI. 2. 14. XV. 15. XVI. 15. XVII. 8. XVIII. 8. XXII. 15. Suppl. V. S. et A. 1. VII. S. et A. 2. IX. S. et A. 2, 3, 4. X. S. et A. 2. XI. S. et A. 1, 2, 3, 4. XIII. S. et A. 6. XIV. S. et A. 3. XV. S. et A. 3. XVI. S. et A. 7. XIX. S. et A. 1. 5. XX. S. et A. 1. XXI. S. et A. 1. 3. XXIII. S. et A. 1, 2. XXIV. S. et A. 1, 2. XXX. 4, 5, 6. 10. XXXI. 4, 5, 6. 10. XXXVI. S. et A. 3.

VI. Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Antispasto, Dochmio, et Antispasto.

Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Dochmio inter duos Antispastos posito, est ex Asynartetis. Antispasti hujus Metri varietates omnes admittunt. Syllaba Dochmiaca est indifferens.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ – – | – – ⏑ –

Eumen. II. 155. S. 4.

Ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβὸν πάρεστιν μαστίκτορος.

Sic in Antistrophe.

Hæc tria, ne metrum longiùs excurrat, in aliis locis disjunguntur.

VII. Antispasticum Dochmiacum Metrum ex Dochmio, Antispasto, et Dochmio.

Antispasticum Dochmiacum Metrum, ex Antispasto inter duos Dochmios posito, est ex Asynartetis. Antispasti in hoc Metro varietates omnes admittunt. Syllaba Dochmiaca est indifferens.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑ – – ⏑ ⏑ | – – ⏑ – ⏑

Sept. Theb. XXVI. 734. S. 1.

Ἐπειδὰν αὐτοκτόνως αὐτοδάϊκτοι θάνωσιν.

Sic in Antistrophe; et in S. et A. 4. XXXIII. 888. S. et A. 2.

Hæc de Dochmiacis Antispasticis.—Sequuntur cætera Antispastica Metra.

III. Antispasticum Dimetrum Catalecticum.

Antispasticum Dimetrum Catalecticum Metrum constat ex Antispasto Acatalectico cum Antispasto Catalectico. —In utroque varietates solitæ admittuntur.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

– – ⏑ ⏑ ⏑ | – – –

Prom. VI. 425. 7.

Νώτοισιν ὑποβαστάζει.

Prom. XI. 13. Agamem. VIII. 3. 7. XIV. S. et A. 1, 2, 3. XIX. 1. XX. 1. XXVII. 2. XXIX. 2. XLIII. 2. XLIV. 2. XLV. S. et A. 3. Choeph. III. 14. VII. S. et A. 8. XVII. S. et A. 11. XXIII. 4. Suppl. XIV. S. et A. 4. XIX. S. et A. 2. XXI. S. et A. 6. XXVII. 8. XXVIII. 8.

IV. Antispasticum Pherecrateum.

Antispasticum Pherecrateum est Antispasticum Dimetrum Catalecticum, certis pedibus constrictum. Constat ex duobus Metris, quorum prius est Acatalecticum, posterius Catalecticum.

Metrum prius est vel Antispastus Purus, cujus sedem priorem occupat Iambus aut Spondeus, vel Antispastus Trochaicus. Hi tres pedes in hâc sede sine discrimine inter se mutuò opponuntur.

Metrum posterius est Antispastus Purus Catalecticus.

Sic:

1.	2.
⏑ – – ⏑	⏑ – –
– – – ⏑	
– ⏑ – ⏑	

I. *Metrum Antispasticum Pherecrateum cum Spondeo in primâ sede.*

– – – ⏑ | ⏑ – –

Sept. Theb. XVII. 287. S. 10.—12.

Τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους
πανδημεὶ, πανομιλεὶ
στείχουσιν. Τί γένωμαι;

Sic Sept. Theb. XVII. A. 12, 13. 15. XIX. S. 4. Pers. VIII. S. et A. 4. X. S. et A. 8. A. 9. XI. S. et A. 2, 3. XII. S. et A. 5, 6. XXX. S. 5. Agam. II. 5. 7. IX. S. 15. A. 14. X. S. et A. 16. S. 19. XI. S. et A. 13, 14.

XIII. S. et A. 18. Eumen. VII. S. et A. 2. VIII. S. et A. 3. XIII. S. et A. 5. Suppl. XVI. A. 3, 4. XVII. S. 2. 4. 6. A. 2. XIX. S. 9. 11. A. 8. XX. S. 7, 8. 10. A. 7, 8. XXI. S. et A. 5. 8.

In quibuscunque exemplis Trochæo aut Iambo opponitur Spondeus, Metrum Strophicum et Antistrophicum in diversis Tabulis invenientur. Hoc etiam de Glyconeis intelligendum.

II. *Pherecrateum cum Trochæo in primâ sede.*

– ∪ – ∪ | ∪ – –

Prom. XI. 687. 12.

Μοῖρα, μοῖρα, πέφρικ', εἰσ-
ιδοῦσα ——

Sic Sept. Theb. XVII. S. 13. 15. A. 10. 14. XIX. A. 4. Pers. X. S. 9. XIII. S. et A. 8. XXX. S. 6, 7. XXXI. 5, 6, 7. Agam. IX. S. 14. A. 15. S. et A. 17. X. S. et A. 17. A. 19. XI. S. et A. 16. XIV. S. et A. 10. XV. S. et A. 11. XVII. S. et A. 8. XLI. S. et A. 6. XLII. S. et A. 2. XLV. S. et A. 4. Choeph. II. S. et A. 10. XVI. S. et A. 8. 10. Eumen. XVII. 7. XVIII. 7. Suppl. XVI. S. 3, 4. XVII. A. 4. 6. XIX. S. 8. A. 9. 11. XX. A. 10.

III. *Pherecrateum cum Iambo in primâ sede.*

∪ – – ∪ | ∪ – –

Sept. Theb. XVII. 287. S. 14.

Ἰάπτουσι πολίταις.

et sic in eodem Cantu, Antistr. 11.

Θεοὶ, τοῖσι μὲν ἔξω.

In Antistrophico 14. prior pes est Trochæus; in Strophico 11., Spondeus.

V. Antispasticum Dimetrum Acatalecticum.

Antispasticum Dimetrum Acatalecticum Metrum constat ex duobus Antispastis. In utroque varietates solitæ admittuntur.

Ab Antispasticis Dimetris Acatalecticis separatim recensendum est Antispasticum Glyconeum. Cui Glyconeum quoque Polyschematistum est subjiciendum.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

– ∪ ∪ – ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ –

Prom. I. 114. 4.

Ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον.

Prometh. III. S. et A. 1, 2, 3. VI. 4. IX. 13. 22, 23, 24, 25. X. 13. XIII. 1. Sept. Theb. I. 1. 7. II. 1. 7. V. 10. VI. 10. VII. 3. VIII. 3. IX. 2. 5. X. 6. XI. 6. XII. 5. XIII. 5. XVII. S. et A. 8. XVIII. S. et A. 10. XX. S. et A. 4. XXII. S. et A. 3. XXVI. S. et A. 5. XXIX. S. et A. 2, 3. 5. XXX. S. et A. 6, 7. XXXI. 2. 4, 5. XXXII. S. et A. 7. XXXIII. S. et A. 1. XXXVI. S. et A. 3. 13. XXXVII. 2, 3, 4, 5. XXXVIII. 4, 5. XXXIX. 1, 2, 3, 4. XL. 1. XLI. 4, 5. XLII. 2, 3, 4, 5. XLIII. 1, 2, 3, 4. XLIV. 1. Pers. IX. S. et A. 2, 3. X. S. et A. 1, 2, 3, 4. XVI. 3, 4. 6. XXII. 1. 8. XXIII. 1. 8. XXIV. 5. 8, 9, 10. XXV. 5. 8, 9, 10. XXVI. 4, 5, 6. XXVII. 4, 5, 6. XXX. 2. 4. 9. XXXI. 2. 4. 9. XXXII. 2, 3, 4, 5. 7. XXXIII. 2, 3, 4, 5. 7. XXXIV. 6. 8. XXXV. 6. 8. XXXVI. 2. XXXVII. 2. Agam. II. 1. V. S. et A. 3. VI. 3. VII. 3. VIII. 8, 9. 13. IX. S. et A. 3. 5. 12. X. S. et A. 13. XI. S. et A. 8. XII. 11. XVI. S. et A. 4. XXI. 2. XXII. 2. XXIII. 2. XXIV. 2. XXV. 2, 3. XXVI. 2, 3. XXXI. 2. XXXIII. 2. XXXV. 1. XXXVI. 2, 3. XXXVII. 1. XXXVIII. 2, 3. XXXIX. 1. Choeph. I. S. et A. 1. 6, 7. II. S. et A. 3. 6, 7, 8. III. 13. 15. IV. 2. 4, 5. 9. V. S. et A. 4. VI. S. et A. 2.

VII. S. 6. et A. 6. VIII. S. et A. 3, 4. IX. S. et A. 1. 6. X. S. et A. 5. XI. S. et A. 2. XIII. S. et A. 7. XVII. S. et A. 9. XVIII. S. et A. 1. 4, 5. XX. 4. XXII. 4. XXIII. 5. 19. XXV. 4. XXVI. 6. 10. Eumen. II. S. et A. 6. VI. 10. X. S. et A. 3. 6. XV. 1. 8. 12. 14. XVI. 1. 8. 12. 14. XVII. 6. XVIII. 6. XX. S. et A. 6. XXII. 4. 9. Suppl. II. S. et A. 6. III. S. et A. 4. VI. S. et A. 2. 4. VII. S. et A. 3. 8. 10. VIII. S. et A. 10. XIV. S. et A. 7. XVI. S. et A. 5. XVII. S. et A. 3. XXVI. S. et A. 3. XXVII. 2, 3, 4, 5. XXVIII. 2, 3, 4, 5. XXIX. 9. XXX. 1, 2, 3. 7. XXXI. 1, 2, 3. 7. XXXVI. A. 2. S. et A. 4. XXXVII. S. et A. 1.

VI. Antispast. Dimetr. Acatalect. Glyconeum.

Antispasticum Dimetrum Acatalecticum Glyconeum Antispastum Purum, Antispastum Purum cum Spondeo pro Iambo, et Antispastum Trochaicum, in priore sede libenter accipit: in posteriore, Antispastum solum Iambicum.

In priore sede:	⏑ – – ⏑	Antispastus Purus.
	– – – ⏑	Epitritus Quartus.
	– ⏑ – ⏑	Antispastus Trochaicus, sive Ditrochæus.
In posteriore:	⏑ – ⏑ –	Antispastus Iambicus, sive Diiambus.

Hinc vocatur hoc Metrum,

Glyconeum cum { Iambo, Spondeo, Trochæo,

secundùm syllabarum priorum duarum vim et quantitatem.

I. *Antispasticum Glyconeum cum Iambo.*

∪ – – ∪ | ∪ – ∪ –

Pers. XIII. 633. S. 4.

Ἰέντος τὰ παναίολ' αἰ-
ανῆ——

Sic in Antistroph. et Agamemn. XLIII. 5. XLIV. 5. Choeph. V. S. et A. 8. XVI. A. 9. Suppl. XXVII. 7. XXXVIII. 7.

II. *Antispasticum Glyconeum cum Spondeo.*

– – – ∪ | ∪ – ∪ –

Sept. Theb. XVIII. 321. S. 4.

Δουλείαν ψαφαρᾷ σποδῷ.

Sic Pers. XI. S. 4. A. 4. XIII. S. et A. 5. Agam. II. 14. IX. A. 16. X. A. 18. XI. S. et A. 15. XIV. S. 9. XVIII. A. 13. Suppl. XIX. S. et A. 10. XX. S. 9. XXI. A. 7.

III. *Antispasticum Glyconeum cum Trochæo.*

– ∪ – ∪ | ∪ – ∪ –

Prom. V. 415. S. 4.

Ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαι-
ῶτιν——

Sic in Antistr. et Sept. Theb. XVIII. A. 4. Agam. IX. S. 16. X. S. 18. XIV. A. 9. XV. S. et A. 5. XVII. S. 11. A. 11. XVIII. S. 13. Choeph. VII. S. et A. 2. Eumen. XIV. S. 7. Suppl. XVII. S. et A. 5. XX. A. 9. XXI. S. 7.

VII. Antispasticum Glyconeum Polyschematistum.

Metrum Antispasticum Glyconeum Polyschematistum est Antispasticum Dimetrum Catalecticum; et in priore loco Antispastum Puræ et Iambicæ formæ admittit. In posteriore loco, solum Choriambum, qui videtur esse Antispastus, in Antispastorum Tabulâ forma undevigesima vel quadragesima tertia, Catalecticus.

Formæ puræ:

1.	2.
⏑ – – ⏑	– ⏑ ⏑ –
&c.	
⏑ – ⏑ –	– ⏑ ⏑ –
&c.	

Prom. II. 128. S. 1.—3.

Μηδὲν φοβηθῇς· φιλία
γὰρ ἥδε τάξις, πτερύγων
θοαῖς ἁμίλλαις προσέβα.

Sic in Antistroph. et in S. et A. 5. 7, 8. et in IV. S. et A. 1, 2. S. 3. S. et A. 4, 5, 6, 7, 8. Sept. Theb. XVIII. S. et A. 5. XXV. S. et A. 1. XXXV. S. 7. Pers. XIV. S. et A. 2. XXX. 1. XXXI. 1. Agam. XIII. S. et A. 7, 8. 12, 13. 15. XV. S. et A. 10. XLVI. 2. XLVII. 2. Choeph. VI. S. et A. 4, 5, 6. Eumen. XV. 6. XVI. 6. Suppl. I. S. et A. 7. XXVII. 1. XXVIII. 1.

Cum Chorico Cantu, II. 128. in Prometheo, hæc Metra ex Sophoclis Electrâ, 1057. conferat Lector eruditus; et alia exempla investiget.

1. Τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμω-
1. Metrum Glyconeum Polyschematistum

2. τάτους οἰωνοὺς ἐσορώ-
2. Idem.

3. μενοι τροφᾶς κηδομένους,
3. Idem.

4. ἀφ' ὧν τε βλαστῶσιν, ἀφ' ὧν τ'
4. Idem.

5. ὄνασιν εὖ-
5. Antispasticum Monometrum.

6. ρωσι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;
6. Logaœdicum.

7. ἀλλ' οὐ τὰν Διὸς ἀστραπὰν,
7. Glyconeum purum.

8. καὶ τὰν οὐρανίαν Θέμιν,
8. Idem.

9. δαρὸν ἄρ' οὐκ ἀπόνητοι.
9. Dactylicum Trimetrum.

10. Ὦ χθονία βρατοῖσι φά-
10. Choriambicum Dimetrum impurum.

11. μα, κατά μοι βόασον οἰκ-
11. Idem.

12. τρὰν ὅπα τοῖς ἔνερθ' Ἀτρεί-
12. Idem.

13. δαις, ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη.
13. Logaœdicum.

Antistrophe Lectori studioso relinquitur.

In Antispasticis suis Glyconeis Polyschematistis, ne unum quidem, quod Anacrusin[a] duplicem, sive Anapæstum pro Iambo, in primâ Antispasti sede exhibet, Lectoribus reliquisse videtur Æschylus. In celeberrimo tamen Callistrati Σκολιῷ, sive Σκολιοῖς, apud Athenæum, lib. xv. sub

(a) In hâc Antispasticorum apud Æschylum recensione *Anacrusi* duplici nimis forsan fastidiosè negatur locus.

finem, et in aliis, hujusmodi Glyconeum sæpe observatur. Haud ab re erit quatuor Tetrastichorum Metra hìc studiosæ Juventutis gratiâ proponere.

1, 2. 5, 6. 9, 10. 13, 14.

In Brunckii Analect. I. p. 155. VII.[b]



Metrum Antispasticum Trimetrum Catalecticum. Aliter Phalæcium Hendecasyllabum.

3. 7. 11. 15.



Metrum Glyconeum Polyschematistum, Anacrusi duplici.

4. 8. 12. 16.



Metrum Dochmiacum duplex.

VIII. Antispasticum Dimetrum Glyconeum Hypercatalecticum.

Metrum Antispasticum Dimetrum Glyconeum Hypercatalecticum constat ex Antispastico Glyconeo cum syllabâ in fine adjectâ.



I. Cum Iambo:

Choeph. IX. A. 408. 2.

Κέαρ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον.

et XXVI. 956. 9.

Μύσος πᾶν ἐλάσῃ καθαρμοῖς.

([b]) Conferend. etiam Præsul venerandus, R. Lowth, De Sacrâ Poësi Hebræor. Præl. I. p. 14.

II. Cum Spondeo:

Choeph. IX. S. 383. 2.

Πευκήεντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρός.

III. Cum Trochæo:

Pers. VIII. S. 268. 3.

Γᾶς ἀπ' Ἀσίδος ἦλθ' ἐπ' αἶαν.

Sic in Antistroph. 274. 3.

Κατθανόντα λέγεις φέρεσθαι.

Sic Sophocles, in Ajac. Mastig. 596.

Ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν που.

et 609.

Καί μοι δυσθεράπευτος Αἴας.

IX. Antispasticum Trimetrum Brachycatalecticum.

Metrum Antispasticum Trimetrum Brachycatalecticum constat ex tribus Antispastis vel Puræ vel Iambicæ formæ, primo et secundo Acatalecticis, tertio dimidio.

Forma pura, quæ non occurrit:

∪ – – ∪ | ∪ – – ∪ | ∪ –

Aliquamdiu dubium videbatur, an hoc Metrum inter Æschylea numerandum. Tandem tamen hujuscemodi versuum distributio in initio Chor. Cant. XXVII. Sept. Theb. Lectori commendatur; qui alia ex aliis locis exempla, mutatis mutandis, petere potest.

1. Κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλίαις,
   1. ∪ – – – | ∪ – ∪ – | ∪ –
   Metrum Antispasticum Trimetrum Brachycatalecticum.

2. ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ,
   2. ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
   Prosodiacum.

3. πατροκτόνον Οἰδίποδαν.

3. ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ –

Idem.

X. Antispasticum Trimetrum Catalecticum.

Metrum Antispasticum Trimetrum Catalecticum constat ex tribus pedibus; et admittit in primo et secundo Antispasti vel Puri vel Iambici formas, in tertio Antispasti Puri vel Iambici formas Catalecticas.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

– – ∪ – | ∪ – ∪ – | ∪ – –

Prom. IX. 566. 4.

Τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.

Prometh. IX. 6. XI. 7. Agamemn. XVII. S. et A. 9. Choeph. I. S. et A. 3.

XI. Antispasticum Trimetrum Acatalecticum.

Metrum Antispasticum Trimetrum Acatalecticum constat ex tribus pedibus; et admittit Antispasti Puri et Iambici omnes formas in omnibus locis.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

∪ – ∪ ∪ – | ∪ – ∪ – | ∪ – ∪ –

Prom. I. 114. 3.

Θεόσσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη.

Prom. I. 5, 6. III. S. et A. 4. VI. 1. IX. 9. 14. Sept. Theb. I. 10. II. 10. III. 1. IV. 1. V. 1. VI. 1. XXVIII. S. et A. 1. XXX. S. et A. 3. XXXI. 1. 3. 7, 8, 9, 10. XXXVII. 1. XLII. 1. Pers. XXIV. 7. XXV. 7. XXXII. 1. XXXIII. 1. XXXIV. 1. 3. XXXV. 1. 3. Agam. IX. S. et A. 8. XII. 2, 3, 4. 10.

Choeph. I. S. et A. 2. 5. II. S. et A. 1. 5. III. 1, 2. 6, 7. X. S. et A. 1. XI. S. et A. 1. 3, 4, 5, 6. XIX. S. et A. 4. XXVI. 13. Eumen. I. S. et A. 2. 5. II. S. et A. 1. III. S. et A. 1. V. S. et A. 1. VI. 1. 5. 8. 11, 12. VII. S. et A. 5. X. S. et A. 4, 5. XIV. S. et A. 8. XV. 3, 4. XVI. 3, 4. Suppl. II. S. et A. 2. VI. S. et A. 1. XVII. S. et A. 7. XVIII. S. et A. 3, 4. XXVI. S. et A. 1, 2. XXXIII. 1. XXXV. 1. XXXVI. 5.

XII. Antispasticum Trimetrum Hypercatalecticum.

Metrum Antispasticum Trimetrum Hypercatalecticum idem est quod Metrum præcedens, cum syllabâ in fine adjectâ.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | –

Choeph. VI. S. 321. 1.

Τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει.

et in Antistroph. VI. 352. 1.

Φίλος φίλοισι τοῖς ἐκεῖ καλῶς θανοῦσιν.

XIII. Antispasticum Tetrametrum Catalecticum.

Metrum Antispasticum Tetrametrum Catalecticum constat ex pedibus quaternis, quorum tres priores sunt Antispasti Puræ vel Iambicæ formæ; et quartus est Antispastus, syllabâ deficiente.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

– – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – – – | ⏑ – –

Prom. IX. 566. 3.

Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, ἄλευ', ὦ δᾶ, φοβοῦμαι.

Quod hoc modo forsan dividere licet:

Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς,
ἄλευ', ὦ δᾶ, φοβοῦμαι.

Prom. X. 11. Agam. XV. S. et A. 1. Choeph. XXVI. 1.

XIV. Antispasticum Tetrametrum Acatalecticum.

Metrum Antispasticum Tetrametrum Acatalecticum constat ex quaternis pedibus; et admittit Antispasti Puri vel Iambici omnes formas in omnibus locis.

Forma pura non occurrit. Forma impura:

– – ∪ – | ∪ – ∪ – | ∪ – ∪ ∪ – | ∪ – ∪ –

Pers. X. S. 548. 5.

Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως βαρίδεσσι ποντίαις.

Sic in Antistroph. 5. Agam. XI. S. et A. 6, 7. XLV. S. et A. 5.

Tetrametra aliquando in Dimetra convenienter dividi possunt.

Nunc de aliis Metris, quibus locus inter Antispastica frequens et familiaris attribuitur, disserendum.

II. Metrum Creticum.

Metrum Creticum constat ex pedibus Creticis.

Pes Creticus, qui et Amphimacer nominatur, est Pes trisyllabus. Prima est longa syllaba; secunda est brevis; et tertia longa.

Prometh. X. 593. 2.

Εἰπέ μοι.

– ∪ –

Longarum solutionem syllabarum libenter admittit.

Hinc Cretica inter Pæonica Metra, et inter Trochaica numerantur. Pes enim Creticus, primâ vel tertiâ solutâ, fit Pæonicus: Creticus etiam et Ditrochæus Catalecticus par est atque unus. De his autem conferendi sunt Metrici; quos inter scriptores unus eminet G. Hermannus.

Inter Antispastica tamen Metrum Creticum sedem stabilem propriamque videtur tenere. Ex tribus enim syllabis, à Dochmiorum quorumdam fine abstractis, ortum suum potest ducere Pes Creticus; et in Antispastico Systemate, Antispasticorum induere naturam[a].

Inter Æschyli Lyrica exstat Metrum Creticum:

I. Monometrum;
II. Dimetrum; et
III. Trimetrum.

Ex duobus Dimetris conjunctis exsurgit etiam Metrum Creticum Tetrametrum.

---

[a] In hoc Tentamine, Metri nomen antiquum retinetur, ne quid vel difficultatis vel confusionis ex mutatione nimiâ exoriatur. Idem de Trochaicis, Dactylicis et Choriambicis est dicendum.

Creticis solis in Chorico Cantu semel usus est Æschylus: Suppl. XII. 415

Φρόντισον, καὶ γενοῦ
πανδίκως εὐσεβὴς
πρόξενος, τὰν φυγάδα
μὴ προδῷς, τὰν ἔκαθεν
ἐκβολαῖς
δυσθέοις ὁρμέναν.

I. Metrum Creticum Monometrum.

Metrum Creticum Monometrum constat ex simplici Cretico.

Prom. IX. 566. 11.

Ἀχέτας.
– ∪ –

Sic Prom. X. 2. Sept. Theb. I. 4. et II. 4. V. 11. et VI. 11. Pers. V. A. 6. Agamemn. XXXVI. 4. XXXVIII. 4. XLI. S. et A. 2. Choeph. IV. 3. V. A. 2. XXI. A. 10. Eumen. V. S. 3. XII. S. et A. 4. XIII. S. et A. 3. A. 10. XIX. S. 1. Suppl. VIII. A. 8. XII. S. et A. 5. XIII. S. 5. XVI. A. 2. XXXVII. S. et A. 2.

In initio Monometri vox dividitur:

Prom. XI. 687. 5.

——— μολεῖ-
σθαι λόγους.
– ∪ –

Sic Agam. XLVIII. A. 11. Choeph. V. S. 2. VI. S. et A. 8. XXI. S. 10. A. 6. XXV. S. et A. 6. Eum. V. A. 3. XIII. S. 10. XVII. 10. Suppl. XIII. A. 5. XVI. S. 2. XXV. A. 6.

Sic quoque in fine Monometri:

Prom. XI. 687. 9.

Δείματ' ἀμ-
φήκει ———

Sic Agam. XLII. S. et A. 7. XLVIII. S. et A. 8. et S. 11. Choeph. XXVI. 11. Eumen. XIX. A. 1. Suppl. VII. S. et A. 7. VIII. S. 8. XLV. S. 5.

Dividuntur voces in initio et in fine Monometri: [a]

Pers. XV. S. 657. 4, 5, 6.

——————βασιλεί-
ου τιά-
ρας ——————

Sic in Ant. 5. et Pers. V. S. 6. Agam. XIII. S. et A. 4. Suppl. XXV. S. 6. XLV. A. 5.

Monometri Cretici prima syllaba longa soluta est:

Prom. XI. 687. 2.

Ἄπεχε, φεῦ.

Sic Prom. XIII. 2. Agamemn. XXVIII. 5. XXX. 5. Choeph. XXIV. 2.

Soluta est et ultima longa: [a]

Suppl. XXIX. 820. 2.

– ∪ ∪ ∪
Μάρπτις ὅδε.

Prima et tertia, si vera correctio, solutæ sunt in

Choeph. XXI. S. 798. 6.

Ἄγετ', ἄγετε.

Vel,

Κλύετ', ἄγετε.

([a]) Πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν. — Verba sunt Hephæstionis, p. 14. à quo dicitur etiam: Παντὸς μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία συλλάβη.—His autem τοῦ Μετρικοῦ regulis non temerè credendum. In Creticis enim voces et in initio et in fine dividuntur; ultimæque syllabæ fixa est quantitas; quod et de aliis quibusdam Metris observandum. Quid autem de Hephæstionis vitiis et virtutibus sentiendum, docebit Editio, ab Eruditis avidissimè exspectata, cui finem imponere festinat Amicus doctus, Thomas Gaisford, Oxoniensis.

II. Creticum Dimetrum.

Metrum Creticum Dimetrum constat ex duobus Creticis. Prima et tertia longa utroque pede sæpe solvuntur.

Prom. X. 593. 4.

– ∪ –|– ∪ –

Τὰν ταλαίπωρον ὧδ'.

Sic Sept. Theb. XIV. A. 4. cui malè opponitur Trochaicum Hemiolium. Pers. VI. S. et A. 1. Agam. XI. S. et A. 2. XXVII. 6. XXIX. 6. XXXII. 5. XXXIV. 5. Choeph. XV. S. 1. XVII. S. 7. XXI. S. et A. 1. XXIII. 15. Eumen. II. S. et A. 5. VI. 4. 6. VII. A. 6. XIII. S. 1. XX. A. 1. Suppl. XII. S. et A. 1. S. 2. S. et A. 6. XXIX. 3, 4.

Soluta longa in primo pede:

Eumen. XVII. 835. 3.

'Ατίετον, φεῦ, μύσος.

Sic Suppl. XII. A. 2.

Soluta longa in secundo pede:

Sept. Theb. XII. 166. 4.

– ∪ –|∪ ∪ ∪ –

Τᾶσδε πυργοφύλακες.

Sept. Theb. XIII. 4. Eumen. VIII. A. 8. XIII. A. 1. Suppl. XII. S. 3. S. et A. 4. XIII. S. et A. 1, 2.

Soluta est longa, in utrisque:

Prom. IX. 566. 15.

∪ ∪ ∪ – | ∪ ∪ ∪ –

Τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ.

Sic Choeph. IV. 7. Eumen. VII. S. et A. 9, 10. VIII. S. 7, 8. S. et A. 9.

Dividitur vox in initio Cretici Dimetri:

Choeph. XVII. 629. A. 6, 7.

——— Θε-
οστυγήτῳ δ' ἄχει.

Et in fine pedis secundi:

Choeph. XV. 592. A. 1.

Ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρός ———

Eumen. VII. S. 6. XI. S. et A. 2. XX. S. 1. Suppl. XII. A. 2.

Et in pedis primi initio, et in fine secundi, dividuntur:

Suppl. XII. 420. A. 2, 3, 4.

——— ῥυσια-
σθεῖσαν, ὦ πᾶν κράτος ἔ-
χων ——

III. Creticum Trimetrum.

Metrum Creticum Trimetrum constat ex tribus Creticis. Longæ syllabæ, ubicunque sunt, solutionem admittunt.

Prom. X. 593. 17.

– ∪ – | – ∪ – | – ∪ –
Φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

Sic Choephor. XV. S. et A. 3. XIX. S. et A. 1. et A. 3. XXIII. 21. XXIV. 4. Eumen. XI. S. et A. 4.

Soluta est finalis longa, in Cretico Trimetro:

Choeph. XXIII. 817. 18.

Τοῖς τ' ἄνωθεν προπράσσων χάριτος.

Dividitur vox in fine pedis tertii:

Prom. X. 593. 7.

Ἃ μαραίνει με χρίουσα κέν-

τροις ——

Sic Pers. VI. S. et A. 3. Agamemn. IV. S. et A. 6. Choeph. XIX. A. 1. Eumen. XI. S. 4.

Metrum Creticum apud Æschylum.

MONOMETRUM.

– ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

DIMETRUM.

– ⏑ – – ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

TRIMETRUM.

– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑

III. Metrum Trochaicum.

Metrum Trochaicum à Monometro ad Dimetrum Hypercatalecticum in Cantibus Choricis Æschyleis percutitur. Pro Trochæo admittitur Tribrachys.

I. Trochaicum Monometrum.

Metrum Trochaicum Monometrum constat ex duobus Trochæis, vel Trochæo et Spondeo:

– ∪ – ∪

Prom. VII. 526. S. 7.

Βουφόνοις, παῤ'.

– ∪ – –

VII. 526. S. 2.

Θεῖτ' ἐμᾷ γνώ-

μᾳ———

Prom. VII. S. 4. et A. 2. 4. 7. XII. S. et A. 2. 5. 9. Sept. Theb. IX. 4. XVII. S. et A. 2. XIX. S. et A. 7. Pers. XIII. S. et A. 7. XXX. 10. XXXI. 10. Agam. I. S. et A. 16. II. 6. XVII. S. et A. 3. Choeph. XXI. S. 2. et A. 2. Eumenid. IV. 3. XIX. S. et A. 12. XX. S. et A. 5. XXII. 8. Supplic. IV. S. et A. 5. V. S. et A. 3. XXX. 8. XXXI. 8.

II. Trochaicum Monometrum Hypercatalecticum.

Metrum Trochaicum Monometrum Hypercatalecticum constat ex Ditrochæo et syllabâ.

– ∪ – ∪ | –

Prom. III. 159. 7.

Γένναν· οὐδὲ λή-

ξει———

Sic Prom. III. A. 7. XI. 3, 4. 6. XIII. 4. Sept. Theb. XXII. S. et A. 5. XXVII. S. et A. 4. XXXIV. 6. Agam. I. S. et A. 5. 17. III. S. et A. 2. IV. S. et A. 5. XLVIII. S. et A. 9. Choeph. XXIII. 16. Eumen. IV. 2. VII. S. et A. 3. XIII. S. et A. 9. XX. S. et A. 12. XXII. 10. Suppl. X. S. et A. 4. 6. 8. XIX. S. et A. 6. XXII. S. et A. 5, 6.

In Pers. XVII. 852. S. et A. 3. et in Agam. II. 140. 9. Spondeus ex secundâ sede levi mutatione ablegandus.

Pers. XVII. 2. – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | –.
S. et A. 3. ∪ – – –.
Agamemn. II. 8. – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪.
9. – – ∪ – | ∪ – ∪ ∪ – | – – ∪.

III. Trochaicum Dimetrum Brachycatalecticum, sive Hemiolium.

Metrum Trochaicum Hemiolium, quod et Ithyphallicum dicitur, constat ex tribus Trochæis. Ultima syllaba est indifferens.

– ∪ – ∪ | – ∪

Prom. VI. 425. 12.

——— στέ-
νουσιν ἄλγος οἰκτρόν.

Prometh. VII. S. et A. 12. XIII. 3. Sept. Theb. VII. 4. VIII. 4. IX. 10. XIV. S. 4. XVII. S. 3. S. et A. 4. 9. XVIII. S. et A. 14. XIX. S. et A. 13. XX. S. et A. 5. XXVII. S. et A. 2. 6. 10. XXVIII. S. et A. 2. 4. XXIX. S. et A. 7. XL. 2. XLIV. 2. Pers. VI. S. et A. 7. XVII. S. et A. 6. XVIII. S. et A. 4. XIX. S. et A. 5. XX. 10. Agam. V. S. et A. 4. X. S. et A. 15. XVII. S. et A. 4. XLVIII. S. et A. 2. 5. 10. 12, 13. Choeph. III. 17, 18. 20. IV. 12. V. S. et A. 3. X. S. et A. 6. XVIII. S. et A. 6. XIX. S. et A. 6. XXI. S. et A. 9. XXIII. 8. Eum. XIV. S. et A. 3. 5. XIX. S. et A. 5. 7. Suppl. VII. S. 4, 5. VIII. S. et A. 1. 7. XIV. S. et A. 6. XVIII. S. et A. 5. XXII. S. et A. 3. 9. XXV. S. et A. 2.

IV. Trochaicum Dimetrum Catalecticum.

Metrum Trochaicum Dimetrum Catalecticum constat ex duobus Ditrochæis; quorum alter est Catalecticus. In prioris secundâ sede locum habet Spondeus.

1. – ∪ – ∪ | – ∪ –

Prom. XIII. 899. 8.

Τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ.

Prometh. III. A. 5. Sept. Theb. V. 6. VI. 6. XIII. 6. XVI. S. et A. 3[a]. XVII. S. et A. 6. XIX. S. et A. 8. 10, 11. 14. XXVI. S. 6. XXVIII. S. et A. 5. XXX. S. 2. S. et A. 8. XXXII. S. et A. 3. XXXIV. 7. 9. XL. 4. XLI. 2, 3. XLIV. 4. Pers. V. S. et A. 1, 2. 4, 5. 7. VI. S. et A. 2. 4. VII. S. et A. 1. X. A. 6. S. et A. 7. XVIII. S. et A. 2. XIX. S. et A. 2. XXII. 6, 7. XXIII. 7. XXX. 3. XXXI. 3. Agam. I. S. et A. 12. III. S. 4. S. et A. 5, 6. 8. IV. S. et A. 1, 2, 3. 7, 8[b]. V. S. et A. 7. X. S. et A. 6. 9. 11. XII. 7. 13. XIII. S. et A. 1, 2, 3. 5, 6. XIV. S. et A. 7, 8. XVI. S. et A. 6. XVII. S. et A. 1, 2. 6, 7. 10. 12, 13. XVIII. S. et A. 7, 8, 9, 10, 11, 12. 15. XLII. S. et A. 5. S. 8.

([a]) Melius hoc modo, Choriamb. et Cretic.

	S.		A.
3.	Τίς τάδε νέμε-	3.	τίμιον ἕδος,
4.	σις στυγεῖ;	4.	ἱκόμαν.

([b]) Sic enim legendum in Strophe et Antistrophe:

	S.		A.
8.	Δαιμόνων δέ που χάρις,	8.	Χαλκίδος πέραν ἔχων
	8. Trochaicum Dimetr.		Catalecticum.
9.	βιαίως σέλμα σεμνὸν ἡμένων	9.	παλιῤῥόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις.
	9. Antispasticum Trimetr.		Brachycatalecticum.

Conf. pag. xlii.

A. 8. XLIII. 7. XLIV. 7. XLV. S. et A. 6. Choeph. I. S. et A. 4. 9. III. 5. 9. 22. IV. 10. IX. S. 8. XI. S. et A. 8. XIII. S. et A. 2. 4. 6. XV. S. et A. 2. 5, 6. 8. XVII. S. et A. 2. 10. XIX. S. et A. 2. XXI. S. 4. A. 4. S. et A. 5. 7. 11. XXIII. 2, 3. Eumenid. VII. S. et A. 1. 7, 8. 11, 12, 13. VIII. A. 4. S. et A. 6. IX. S. et A. 4. X. S. et A. 7. XI. S. et A. 1. 3. 5, 6. 8. XII. S. et A. 1, 2, 3. 5, 6, 7, 8, 9. XIII. S. et A. 2. 6. XIV. S. et A. 2. A. 7. XIX. S. et A. 2, 3. 6. 8, 9. 14. XX. S. et A. 2, 3. 10. XXI. S. et A. 2, 3, 4, 5, 6, 7. Suppl. III. S. et A. 9. VIII. S. et A. 2. 4, 5, 6. XIX. S. et A. 4. XXII. S. et A. 7. XXVI. S. et A. 5, 6. S. 7. XXX. 9. XXXI. 9. XLV. S. et A. 1, 2. 4. 6, 7.

2. – ∪ – – | – ∪ – ∪

Pers. XXIII. 962. 6.

Ποῦ δὲ Σευάλκης ἄναξ;

Prometh. III. 5[c]. Sept. Theb. XII. 6. XXVI. A. 6. XXX. A. 2. Pers. X. S. 6. Agam. III. A. 4. Choeph. XXIII. 13. Suppl. XXVI. A. 4.

V. Trochaicum Dimetrum Acatalecticum.

Metrum Trochaicum Dimetrum Acatalecticum constat ex duobus Ditrochæis. In sede secundâ et quartâ Spondeus admittitur.

1. – ∪ – ∪ | – ∪ – ∪

Prom. V. 415. S. 1.

Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι.

(c) Aliter:

S.	A.
5. Τιθέμενος ἄγναμπτον νόον.	5. Δέδια γὰρ ἀμφὶ σαῖς τύχαις.
5. ∪∪∪∪ – | – – ∪ –	5. ∪∪∪∪ – | ∪ – ∪ –
Antispast. Dimetr.	Acatalecticum.

Prometh. V. A. 1. S. 2. S. et A. 3. VII. S. 11. Sept. Theb. XVII. S. et A. 7. XVIII. S. et A. 8. XIX. S. 9. S. et A. 12. XXX. S. et A. 1. XXXII. S. et A. 2. XL. 3. XLIV. 3. Agam. X. S. et A. 4, 5. XLVIII. S. et A. 7. Choeph. III. 4. 21. IV. 11. XVI. S. 5. XVII. S. et A. 6. XXIII. 17. Eumen. XI. S. et A. 7. XIX. S. et A. 10, 11. Suppl. XXV. S. et A. 3, 4, 5. 7, 8. XXVI. S. 4. 8.

2. – ∪ – – | – ∪ – –
∪

Prom. V. 420. A. 2.

Ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα.

Prometh. VII. A. 11. XII. S. et A. 7. Sept. Theb. XIX. A. 9. Choeph. XI. S. et A. 7. XVI. A. 5. XXIII. 12. 20. Suppl. I. S. et A. 3.

VI. Trochaicum Dimetrum Hypercatalecticum.

Metrum Trochaicum Dimetrum Hypercatalecticum constat ex duobus Ditrochæis, cum syllabâ communi Hypercatalecticâ. In secundâ et quartâ sede Spondeus admittitur.

– ∪ – – | – ∪ – – | –

Prom. XII. 885. S. 11.

Ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι.

In Antistrophe,

Δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις.

IV. Metrum Dactylicum.

Metrum Dactylicum in Lyricis Æschyleis à Monometro Hypercatalectico ad Heptametrum percutitur. Ad hæc Metra Logaœdicum etiam referendum.

In Dactylicis, locum Dactyli non rarò occupat Spondeus.

I. Dactylicum Monometrum Hypercatalecticum.

Metrum Dactylicum Monometrum Hypercatalecticum constat ex Dactylo simplici cum syllabâ longâ.

Hujus Metri, quod idem est ac Choriambicum Monometrum, inter Choriambica ponuntur exempla.

II. Dactylicum Dimetrum Acatalecticum.

Metrum Dactylicum Dimetrum Acatalecticum est Purum aut Impurum.

I. *Metrum Dactylicum Dimetrum Acatalecticum Purum.*

Metrum Dactylicum Dimetrum Acatalecticum Purum constat ex duobus Dactylis: et inter Antispastica locum sibi adserit; quod de Impuris quoque dici potest.[a]

([a]) – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – – ∪ ∪
– ∪ ∪ – –
– – – –

Hæç omnia reverà sunt Antispastica Monometra.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪

Agam. XLIX. 1547. 1.

Τίς δ' ἐπιτύμβιος.

Sic Agam. L. 1. Choeph. V. S. et A. 1. Conf. Antispasticum Iambicum Monometrum XLV.

II. *Metrum Dactylicum Dimetrum Acatalecticum Impurum.*

Metrum Dactylicum Dimetrum Acatalecticum Impurum admittit Spondeum in primo loco:

– – | – ∪ ∪

Agam. II. 140. 15.

Οὐ δεισήνορα.

et in secundo. Hoc posterius Metrum vocatur Adoneum. Est etiam Choriambicum Monometrum Hypercatalecticum.

– ∪ ∪ | – –

Sept. Theb. XVIII. 321. S. 3.

——— προϊά-

ψαι, δορὸς ἄγραν.

Sic Sept. Theb. XVIII. A. 3. XXV. S. et A. 6. Pers. XIV. S. et A. 4. XVII. S. 5. et A. 5. Agam. I. S. et A. 7. 9, 10. II. 18. 21. XIII. S. et A. 20. XLIII. 4. XLIV. 4. Choeph. XX. 2. XXII. 2. Eumen. XXII. 11. 13. 16. Suppl. X. S. et A. 9.

Spondeus etiam in primo et secundo loco invenitur:

Agam. I. 104. S. 3.

Πειθὼ μολπάν.

et in Antistrophe:

Πομπούς τ' ἀρχούς.

III. Dactylicum Dimetrum Hypercatalecticum.

Metrum Dactylicum Dimetrum Hypercatalecticum constat ex duobus Dactylis cum syllabâ; vel ex Spondeo et Dactylo cum syllabâ.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | –

Prom. III. 159. S. 6.

Δάμναται οὐρανίαν.

Sic in Antistr. et VI. 2. et VII. S. et A. 1. 6. 8. 10. XII. S. et A. 8. 10. Sept. Theb. XVIII. S. et A. 12. XIX. S. et A. 5. XXV. S. et A. 7. XXVII. S. et A. 3. XXIX. S. et A. 4. Pers. VI. S. et A. 6. XIV. S. et A. 3. Agam. XIII. S. et A. 10. XVIII. S. et A. 4. S. 5. et A. 5. XLV. A. 1. Choeph. VIII. S. et A. 1. A. 2. Eum. XX. S. et A. 7. XXII. 7. Suppl. 1. S. et A. 1. III. A. 6. S. et A. 8. IV. S. et A. 2. XIV. S. et A. 2. XV. S. et A. 5.

Spondeus in primo loco:

– – | – ∪ ∪ | –

Sept. Theb. XVIII. 321. S. 1.

Οἰκτρὸν γὰρ, πόλιν ὧδ'.

Sic in Antistr. 1. et S. et A. 9. Agamemn. I. S. et A. 4. Eumen. VIII. S. 4. Suppl. I. S. et A. 2. III. S. et A. 2. S. 6. IV. S. et A. 4. VI. S. et A. 8.

IV. Dactylicum Trimetrum Acatalecticum.

Metrum Dactylicum Trimetrum Acatalecticum est Purum; et est cum Spondeo pro Dactylo in primo et tertio loco.

I. *Dactylicum Trimetrum Purum.*

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪

Pers. XVII. 852. 2.

——— πολισσονό-
μου βιοτᾶς ἐπεκύρσαμεν.

Sic Pers. XVII. A. 2. XX. 4. Agam. II. 8. Eumen. XIII. S. et A. 7. Suppl. XX. A. 5.

II. *Cum Spondeo.*

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – –
– – | | |

Prom. VII. S. 3.

——————γνώ-
μᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς.

Sic Prom. VII. A. 3. S. et A. 5. XII. S. et A. 1. 3, 4. 6. Sept. Theb. XV. S. et A. 4. XXI. S. et A. 4. XXVII. S. et A. 9. Pers. XI. S. et A. 1. XII. S. et A. 1, 2, 3, 4, 5, 6. XVI. 7. XX. 2. 8, 9. Agamemn. I. S. et A. 14. XIV. S. et A. 4, 5, 6. XLIII. 3. XLIV. 3. Choeph. VII. S. 7. et A. 7. Eum. XX. S. et A. 8, 9. XXI. S. et A. 1. XXII. 2. Suppl. IV. S. et A. 3.

V. Dactylicum Trimetrum Hypercatalecticum.

Metrum Dactylicum Trimetrum Hypercatalecticum constat ex tribus Dactylis, cum syllabâ.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | –

Sept. Theb. XVIII. 321. S. 2.

Ὠγυγίαν αἴδι προϊά-
ψαι. ——————

Sic in Antistrophe; et in Pers. XVI. 2. Supplic. XV. S. 6.

In Suppl. XV. 544. A. 6. Spondeus est in primo loco:

Παμφύλων τε διορνυμένα.
– – | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | –

Sic in Pers. XX. 3. XXII. 2. Suppl. IV. S. et A. 1.

In Pers. XXIII. 962. 2. Spondeus in secundo loco ponitur:

– ∪ ∪ | – – | – ∪ ∪ | –

Ἐκ Τυρίας ἔρροντας ἐπ' ἀ-

κταῖς. ————

In Eumen. XX. 954. S. et A. 6. Metrum videtur esse Antispasticum Dimetrum:

– – – ∪ | ∪ – – –

ne in tertio loco sit Spondeus, ante Syllabam Hypercatalecticam.

VI. Dactylicum Tetrametrum Acatalecticum.

Metrum Dactylicum Tetrametrum Acatalecticum constat ex quatuor Dactylis. In primâ et quartâ sede admittitur Spondeus.

I. *Dactylicum Tetrametrum Purum.*

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪

Eumen. XIII. S. 4.

Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν.

Sic in Antistrophe.

II. *Cum Spondeo in primo loco.*

– – | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪

Pers. XX. 897. 7.

Νῦν δ' οὐκ ἀμφιλόγως θεότρεπτα τάδ'.

Sic Agam. I. S. 8.

In exemplo posteriore meliùs forsan ex Octavo et Nono unum constituetur Metrum.

III. *Cum Spondeo in quarto loco.*

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – –

Pers. XX. 897. 5. Quæ lectio minimè solicitanda:

Ἀκάματον δὲ παρῆν σθένος ἀνδρῶν.

Sic Agam. I. S. et A. 6. 13. II. 19. Eumen. VIII. S. 5. A. 5. XXII. 5. Suppl. I. S. et A. 5.

IV. *Cum Spondeo in primo et in quarto loco.*

– – | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – –

Pers. XX. 897. 1.

Καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον.

Sic Agam. I. A. 8. II. 4. 16.

VII. Dactylicum Pentametrum.

Metrum Dactylicum Pentametrum constat ex quinque Dactylis; et Spondeos in omnibus locis indifferenter admittit.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪

Prom. III. 159. S. 8.

——————λή-

ξει πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ, ἢ παλάμᾳ τινί.

Sic in Antistrophe; et in Pers. XVII. S. et A. 1. XIX. S. et A. 1. 3. XX. 6. Agam. I. S. et A. 2. 18. II. 22. III. S. et A. 7. XVII. S. et A. 5. XVIII. S. et A. 14. Choeph. I. S. et A. 8. XV. S. et A. 7. Eumenid. VIII. S. et A. 1, 2. IX. S. et A. 1, 2, 3. XXII. 3.

VIII. Dactylicum Pentametrum Hypercatalecticum.

Metrum Dactylicum Pentametrum Hypercatalecticum constat ex quinque Dactylis; cum syllabâ.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | –

Agam. I. 104. S. 15.

Βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γέν-
ναν. ———————

Sic in Antistrophe.

IX. Dactylicum Hexametrum.

Metrum Dactylicum Hexametrum constat ex sex Dactylis, quorum loca secunda, tertia, quarta, et sexta, Spondei etiam familiariter occupant.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪
| – – | – – | – – | | – –

Suppl. I. 41. S. 6.

Ζηνὸς ἔφαψιν· ἐπωνυμία δ' ἐπεκραίνετο μόρσιμος.

Sic in Antistrophe; et Pers. XIX. S. et A. 4. XXII. 3. XXIII. 3. Agamemn. I. S. et A. 1. II. 11. 13. 17. 20. XVIII. S. et A. 3. Suppl. III. S. et A. 1.

X. Dactylicum Heptametrum.

Metrum Dactylicum Heptametrum constat ex septem Dactylis. In primo, et in septimo loco, Spondeus invenitur.

De hoc Metro loquitur Diomedes, apud Putsch. Col. 512. "Heptametrum Heroicum fieri solere, si dixero, ridiculum "quibusdam videbitur; sed exemplum tale:

"*Clio cui dedit ingenium docile, atque libidine vinctum.*"

Hoc forsan de Lyricis Romanis intelligendum. Heptametrum Dactylicum et Stesichoro et Ibyco in usu fuisse videtur. Marius Servius Honoratus in Centimetro, apud Putsch. Col. 1821. "Stesichorium constat Heptametro "Catalecto, ut est hoc:

"*Æacides juvenis trahit Hectora, plangite Pergama Troes.*

"IBYCIUM constat Heptametro Hypercatalecto, ut est hoc:

"*Versiculos tibi Dactylicos cecini, puer optime, quos facias.*"

In Centimetro, Lugd. Batav. edito, formâ minori, 1788. aliud exemplum Heptametri Dactylici inter hæc duo legitur:

"IBYCIUM constat Heptametro Acatalecto, ut est hoc:

"*Carmina docta Thalia canit: properantius huc ades, O puer.*"

Stesichorus[a] ἐν Γηρυονίδι, apud STRABONEM, III. p. 221. B. Dactylicum Heptametrum exhibere videtur:

Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους.

et Heptametrum Catalecticum in eodem Opere, apud Athen. XI. p. 352. Edit. Schweigh.

Πῖεν ἐπισχόμενος, τὸ ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος κεράσας.

Idem Metrum post duo Tetrametra ex Ibyco servavit Athenæus, XIII. p. 38.

Εὐρύαλε, γλυκέων Χαρίτων θάλος,
καλλικόμων μελέδημα· σὲ μὲν Κύπρις,
ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ, ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν.

([a]) Ex Fragmentis hos Lyricos in deliciis habuisse Metra Dactylica manifestum est. Hæc et numero pedum, et varietate ἀποθέσεων differebant. Hinc Stesichorus, apud Athen. XI. p. 237. Edit. Schweigh.

Ἀέλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινεν
χρύσεον, ὄφρα δι' Ὠκεανοῖο περάσας ἀφίκηθ'
ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς ποτὶ μητέρα, κουριδίαν τ' ἄλοχον, παῖδας τε φίλους. Ὁ δ' ἐς ἅλσος ἔβα δάφναισι κατάσκιον ποσσὶν παῖς Διός.———

con is autem alio forsan loco pleniùs.

I. *Dactylicum Heptametrum, cum Dactylico et Trochaico Metro.*

Pers. XVIII. 864. Stroph. 871. Antistr.

S. 1. Ὄσσας δ' εἶλε πόλεις, πόρον οὐ διαβὰς Ἅλυος ποτάμοιο.

3. Οἷαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδες εἰσὶ πάροικοι.

A. 1. Λίμνας τ' ἔκτοθεν, αἳ κατὰ χέρσον ἐληλαμέναι περὶ πύργον.

3. Ἕλλας ἀμφὶ πόρον πλατὺν αὐχόμεναι, μυχία τε Προποντίς.

Agam. I. 104. Stroph. 122. Antistroph.

S. 11. Οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινὸς, ὅ, τ' ἐξόπιν.

A. 11. Οἷον μήτις ἄσα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μεγα.

II. *Cum Dactylico et Antispastico Metro.*

Eumen. XXII. 1030. Antisp. System.

14. Λαμπάδι τερπόμεναι. Καθ' ὁδὸν δ' ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

18. Οὕτω μοῖρά τε συγκατέβα. Ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

XI. Metrum Logaœdicum.

Metrum Logaœdicum constat ex Dactylis et Trochæis.

Metra Logaœdica.

– ∪ ∪ | – – Aliter Metr. Adoneum.

– ∪ ∪ | – ∪ – ∪ Aliter Choriamb. Dim. Cat.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ – ∪
– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ – ∪ } Logaœdic.
– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ – ∪

Præcipuum est, quod post duos Dactylos Trochaicam habet Syzygiam.

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ – ∪
–

Prom. II. 128. S. 6.

Κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπεμψαν αὔραι.

Sic in Antistroph. 6. et II. S. et A. 11. III. 9. Sept. Theb. IX. 1. XXI. S. et A. 5. XXV. S. et A. 8. XXXI. 11. Agam. XLII. S. et A. 4. XLV. S. et A. 2. XLVI. 4. XLVII. 4. Choeph. VIII. S. 6. Suppl. XV. S. et A. 2. XX. S. et A. 6.

Metrum Logaœdicum apud Æschylum legitur conjunctum

I. *Cum Trochaico et Antispastico Metro.*

Sept. Theb. IX. 139. 1.

Καὶ, Κύπρις, ἅτε γένους προμάτωρ.

II. *Cum Dactylico, Choriambico, et Antispastico.*

Sept. Theb. XXV. 720. Stroph. 727. Antistr.

S. 8. Παιδολέτωρ δ' Ἔρις ἄδ' ὀτρύνει.

A. 8. Τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.

Suppl. XV. 535. Stroph. 544. Antistroph.

S. 2. Ματέρος ἀνθονόμους ἐπωπάς.

A. 2. Μηλοβότου Φρυγίας διαμπάξ.

III. *Cum Antispastico Metro.*

Prom. II. 128. Stroph. 144. Antistr.

S. 6. Κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπεμψαν αὖραι.

10. ——————σύ-

11. θην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.

A. 6. Ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.

11. Πρὶν δὲ πελώρια νῦν ἀϊστοῖ.

Sept. Theb. XXXI. 848. 11.

11. Πάνδοκον, εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.

Agam. XLII. 1448. Stroph. 1468. Antistr.

S. 4. Μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος.

A. 4. Καρδιόδηκτον ἐμοὶ κρατύνοις.

Agam. XLVI. 1494. et (Repetit.) XLVII. 1518.

4. Ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

Choeph. VIII. 378. Stroph. 392. Antistr.

S. 6. Χειρὶ, τοκεῦσι δ' ὅμως τελεῖται.

A. 6. Metrum in Antistroph. non respondet.

IV. *Cum Dactylico et Antispastico.*

Sept. Theb. XXI. 481. S. 521. A.

S. 5. Ζεὺς νεμέτωρ ἐπίδοι κοταίνων.

A. 5. Πρόσθε πυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

Agam. XLV. 1481. Stroph. 1505. Antistr.

S. 2. Δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς.

A. 2. Τοῦδε φόνου, τίς ὁ μαρτυρήσων;

Suppl. XX. 651. Stroph. 663. Antistroph.

S. 6. Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον γᾶς.

A. 6. Ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ.

In Agamemnone XLIX. 1547. Metris primo et secundo conjunctis, exsurgit Metrum Logaœdicum Pentametrum.

Τίς δ' ἐπιτύμβιος αἶνος ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ;

Exempla tamen hujus Praxillei Pentametri dedit Hephæstio, p. 24.

Ὦ διὰ τῶν θυρίδων καλὸν ἐμβλέποισα,
Παρθένε, τὰν κεφαλάν, — τάδ' ἔνερθε Νύμφα.

Sic in Prom. III. 159. S. 178. A. duobus Dactylis Metri Octavi cum Metro Nono conjunctis exsurgit Metrum Logaœdicum Hexametrum.

S. 7. ——— Οὐδὲ λή-
8. ξει πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ,
9. Ἢ παλάμᾳ τινὶ τὰν δυσάλωτον ἕλῃ τὶς ἀρχάν.

A. 7. ——— κέλ-
8. σαντ' ἐσιδεῖν· ἀκίχητα γὰρ
9. Ἤθεα, καὶ κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

Hæc, aliâ dividendi ratione, Dactylicum Pentametrum purum efficiunt, et Logaœdicum ἐξ ἐπισημοτάτων, — τὸ πρὸς δύο δακτύλοις ἔχον τροχαϊκὴν συζυγίαν.

V. Metrum Choriambicum.

Choriambus est pes quatuor syllabarum; et ex Trochæo et Iambo conjunctis formatur.

– ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXVII. 750. S. 5.

Οἰδίποδαν.

Nullus apud Æschylum ex Choriambicis solis exstat Cantus Choricus. In Antispasticis Choriambo pede sæpissimè usus est; at Metra Choriambica cum Creticis, Trochaicis, Dactylicis aut Antispasticis, conjuncta semper inveniuntur.

Metrum Choriambicum est Monometrum; Dimetrum Catalecticum, et Acatalecticum; Trimetrum; et forsan, ex Dimetro duplicato, Tetrametrum.

I. Choriambicum Monometrum.

Ex simplice Pede Choriambo fit Choriambicum Monometrum.

– ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXVII. 750. S. 5.

Οἰδίποδαν.

Sic Sept. Theb. XXVII. A. 5. XXXV. S. et A. 10. XXXVI. S. et A. 4. Agam. XIII. S. et A. 11. 14. 16. Choeph. XXIII. 11. Eumenid. XXII. 12. Supplic. I. S. et A. 4. II. S. et A. 4. III. S. et A. 7. XV. S. et A. 9.

II. Metrum Choriambicum Monometrum Hypercatalecticum.

De hoc Metro conferendum Metrum Adoneum, vel Dactylicum Dimetrum Impurum.

III. Choriambicum Dimetrum Catalecticum.

Metrum Choriambicum Dimetrum Catalecticum constat ex Choriambo et Bacchio, vel Iambicâ Syzygiâ Catalecticâ.

– ∪ ∪ – | ∪ – – –

Prom. IX. 566. 7.

Ἀλλά με τὰν τάλαιναν.

Sic Prom. XIII. 9. Sept. Theb. IX. 9. XIV. S. et A. 6. XVII. S. et A. 18. XVIII. S. et A. 6. 13. XIX. S. et A. 1. 6. XXII. S. et A. 6. XXIII. S. et A. 3. XXIV. S. et A. 4. XXVIII. S. et A. 7. XXXV. S. et A. 6. 11. XXXVI. S. et A. 5. Pers. VII. S. et A. 4. XI. S. et A. 5. XII. S. et A. 7. XV. S. et A. 6. XXX. 12. XXXI. 12. XXXII. 8. XXXIII. 8. Agamemn. II. 3. V. S. et A. 8, 9. 13. IX. S. et A. 13. XI. S. et A. 12. XVI. S. et A. 7, 8. XLV. S. et A. 8. XLVIII. S. et A. 3. XLIX. 2. L. 2. Choeph. III. 10. V. 7. 9. VI. S. et A. 9. VII. S. et A. 9. VIII. S. et A. 5. IX. S. et A. 3. XIII. S. et A. 8. XIV. S. et A. 2, 3. 5. XX. 6. XXII. 6. XXIII. 14. Eumen. III. S. et A. 3. XIII. S. et A. 11. XIV. S. et A. 11. XV. 16. XVI. 16. XVII. 9. XVIII. 9. Suppl. III. S. et A. 3. IV. S. et A. 7. V. S. et A. 7. VI. S. et A. 5. 11. VIII. S. et A. 14. IX. S. et A. 7. XI. S. et A. 5. XIV. S. et A. 8. XV. S. et A. 10. XVI. A. 10. XVII. S. et A. 8. XIX. S. et A. 7. XX. S. et A. 2, 3, 4. XXI. S. et A. 2. XXIV. S. 3. et A. 3. XXV. S. et A. 10. XXIX. 12. 14. XXXII. 6. XXXIV. 6. XLV. S. et A. 3.

In hoc Choriambico Dimetro Catalectico, bis apud Æschylum in Antistrophicis Molossus respondet Choriambo:

Suppl. XVI. 553. Stroph. 561. Antistroph.

S. 9. ——— κεντροδα-

10. λήτοις, θείας Ἥρας.

A. 10. Οἰστροδόνητον Ἰώ;

In Strophe Metrum fit ex sex syllabis longis.

Suppl. XXXI. 861. Stroph. 871. Antistroph.

S. 6. Εὐρείαις ἐν αὔραις.

A. 5. ——— ἀποτρέ-

6. ψειεν ἄϊστον ὕβριν.

Hæc loca sunt corrupta.

Semel prima longa soluta est. Sept. Theb. XIV. 203. Stroph. 211. Antistroph.

S. 6. Πυριγενετᾶν χαλινῶν.

A. 6. Ἴν' ὑπερέχοιεν ἀλκάν.

Metrum Choriambicum Dimetrum Catalecticum non rarò nominatur Metrum Dochmiacum VII. Syllabarum, in hoc Tentamine.

IV. Choriambicum Dimetrum Acatalecticum.

Metrum Choriambicum Dimetrum Acatalecticum est aut Purum, aut Impurum.

I. Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Purum.

Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Purum constat ex duobus Choriambis.

1. 2.

– ∪ ∪ – | – ∪ ∪ –

Sept. Theb. XXXV. 911. S. 8, 9.

Ὡς ἐτύμως δακρυχέων

ἐκ φρενὸς, ἃ κλαομένας.

Occurrit Choriambicum Dimetrum Purum in Prom. IV. A. 3. Sept. Theb. XXV. S. et A. 3. 5. XXIX. S. et A. 6. XXXV. A. 7. S. et A. 8, 9. Pers. XIII. S. et A. 1, 2. XV. S. et A. 3, 4. XXII. 5. XXIII. 5. Agam. V. S. et A. 10, 11, 12. XV. S. et A. 6. 8, 9. A. 7. Choeph. VI. S. et A. 3. XXIII. 9, 10. Eumen. XIII. S. et A. 8. Suppl. II. S. et A. 3. 5. V. A. 4. VIII. S. et A. 12. XV. S. et A. 7, 8. XXXII. 3, 4. XXXIV. 3, 4.

Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Purum, Impuro metro interdum respondet.

Agam. XV. 737. S. 7.

– ∪ ∪ – | ∪ – ∪ –

——— ἐπέκρα-

νεν δὲ γάμου πικρὰς τελευ-

τὰς———.

Antistroph. 753. 7.

Εἰμί. Τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔρ-

γον———.

II. Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Impurum.

Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Impurum, aut in primo loco, aut in secundo, Antispastum pro Choriambo admittit.

I. *Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Impurum in primâ sede.*

Choriambicum Dimetrum Acatalecticum, cujus primum locum Antispastus, et secundum occupat Choriambus, Glyconeum Polyschematistum nominatur. De hoc Metro jam dictum est inter Antispastica.

In Antistrophicis Æschyli, Glyconeum Polyschematistum, in Strophe, Choriambico Dimetro Puro, in Antistrophe, opponitur:

Prom. IV. Stroph. 397. 3.

2. ——————δακρυσί-

3. στακτον δ' ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν.

In Antistroph. 406. respondet:

2. ——————μεγαλο-

3. σχήμονά τ' ἀρχαιοπρεπῆ.

In Strophico forsan legendum:

Τύχας, Προμηθεῦ· δακρυσί-

στακτον ἀπ' ὄσσων ——.

Sic Sept. Theb. XXXV. 911. 7.

∪ — — —|∪ ∪ ∪ ∪ —

Δαΐφρων, οὐχὶ φιλαγαθής.

ubi forsan legendum:

Δάϊος, οὐχὶ φ.

quippe in Antistrophe:

— ∪ ∪ —|

Παῖδα τὸν αὐτᾶς πόσιν αὖ-

τᾷ——————

II. *Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Impurum in secundá sede.*

Choriambicum Dimetrum Acatalecticum Impurum admittit post Choriambum in primo loco, in secundo Antispastum.

— ∪ ∪ —| ∪ — ∪ —
∪ — — ∪
— — ∪ —
∪ — — —

Sept. Theb. XIV. 208. S. 5.

Πηδαλίων διὰ στόμα.

Prom. II. S. et A. 10. Sept. Theb. XIV. et A. 5. XXV. S. et A. 2. 4. XXVI. S. 2. Pers. XV. S. et A. 2. Agamemn. XI. S. et A. 9, 10, 11. XV. S. et A. 4. S. 7. Choeph. V. S. et A. 5. IX. S. et A. 4. A. 8. XXIII. 7. Eumen. XI. S. et A. 9. XIV. S. et A. 10. Suppl. V. A. 5. S. et A. 6. VI. S. et A. 6. 10. IX. S. 6. XVI. S. et A. 8, 9.

In Agam. XV. 737. Stroph. Choriambicum Dimetrum Impurum,

6. ——————ἐπέκρα-
7. νεν δὲ γάμου πικρὰς τελευ-
8. τὰς,——————

respondet Choriambico Dimetro Acatalectico Puro:

XIV. 750. Antistroph.

7. Εἰμί. Τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔρ-
8. γον.——————

V. Choriambicum Trimetrum Acatalecticum.

Metrum Choriambicum Trimetrum Acatalecticum constat ex tribus Choriambis.

Pers. XIV. 647. S. 1.

Ἢ φίλος ἀνὴρ, φίλος ὄχθος· φίλα γάρ.

Sic legendum videtur, ut Antistrophico respondeat:

Οὔτε γὰρ ἄνδρας πότ' ἀπώλλυ πολεμο-
φθόροισιν.——————

In R. P. Ἢ φίλος ἀνὴρ, ἢ φίλος ὄχθος.

Sic in Suppl. II. 57. S. et A. 1.

VI. Choriambicum Tetrametrum.

Metrum Choriambicum Tetrametrum constat ex quatuor Choriambis; et, si locum habet in Æschyleis Lyricis, ex duobus Dimetris conjunctis conflandum est.

In Choriambicis voces frequenter in initio et in fine dissecantur:

Sept. Theb. XXV. 720. Stroph.

1. ——————— ὠλεσίοι-
2. κον θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοί-
3. αν.———————

XXV. 727. Antistroph.

1. ——————— ἐπινω-
2. μᾷ Χάλυβος Σκυθῶν ἄποι-
3. κος.———————

Loca corrupta, in quibus Choriambico aliud Metrum respondet, ex Notis petantur.

VI. Metrum Ionicum a Minore.

Metrum Ionicum à Minore constat ex Ionicis à Minore. Ionicus à Minore est pes quatuor syllabarum: prima et secunda sunt breves, tertia et ultima longæ.

⏑ ⏑ – –

Pers. I. 65. 1.

Πεπέρακεν.

Huic Metro opportunus sanè in Antispasticum Systema conceditur ingressus, si priorem Antispasti sedem occupare possit Anapæstus. Sic:

Antispasticum Trimetrum Acatalecticum

⏑ ⏑ – – ⏑ | ⏑ – – ⏑ | ⏑ – – ⏑

Aliter, Ionicum à Minore Trimetrum Hypercatalecticum

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑

Apud Æschylum occurrit:

I. Ionica à Minore Basis, sive Ionicum à Minore Monometrum.

II. Ionicum à Minore Dimetrum Catalecticum.

III. Ionicum à Minore Dimetrum Acatalecticum: et

IV. Ionicum à Minore Dimetrum Ἀνακλώμενον.

Duobus Dimetris, Acatalectico et Catalectico, conjunctis, Ionicum à Minore Tetrametrum Catalecticum; et duobus Dimetris Acatalecticis, Ionicum à Minore Tetrametrum Acatalecticum, potest exoriri.

I. Ionicum a Minore Monometrum.

Metrum Ionicum à Minore Monometrum, sive Ionica Basis, constat ex simplici Ionico à Minore; et in Systemate Ionico, plerumque Ionicum à Minore Ἀνακλώμενον præcedit

eodem modo, quo, inter Anapæstica, locum ante Parœmiacum habet Basis Anapæstica.

⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

Suppl. XXXVIII. 1013. 4.

Ἐρασίνου
περιναίετ' ἐκ παλαιοῦ.

Occurrit in Pers. I. S. et A. 9. IV. S. et A. 5. Supplic. XXXVIII. 4. XXXIX. 4. XL. 4. XLI. 4.

II. Ionicum a Minore Dimetrum Catalecticum.

Metrum Ionicum à Minore Dimetrum Catalecticum constat ex duplici Ionico à Minore. Prior purus est pes et integer, longæ tamen syllabæ dissolutione non rejectâ. Posterior est Catalecticus.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Pers. III. 102. S. 1.

Θεόθεν γὰρ κατὰ μοῖρ'
ἐκράτησεν.

In priore Metro ultima longa dissolvi potest.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | – –

Pers. I. 65. S. 6.

Ἀθαμαντίδος Ἕλλης.

In posteriore, sive secundo loco, admitti videtur Molossus, ultimâ syllabâ abscissâ. Hujus Catalectici Pedis alterutra etiam longa dissolvi potest. Sic:

⏑ ⏑ – – | – –
⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – | – ⏑ ⏑

Pers. III. Epod. 93. 5—7.

Φιλόφρων γὰρ σαίνου-
σα τὸ πρῶτον, παράγει
βροτὸν εἰς ἀρκύστατα.

Occurrit in Pers. I. S. et A. 6, 7, 8. III. 5, 6, 7. 9. IV. S. et A. 1, 2. 6.

Ex Dimetro Ionico à Minore Acatalectico et Catalectico simul junctis, exsurgit Metrum Ionicum à Minore Tetrametrum Catalecticum.

Pers. III. 93. 8, 9.

Τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θανατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.

III. Ionicum a Minore Dimetrum Acatalecticum.

Metrum Ionicum à Minore Dimetrum Acatalecticum constat ex duobus Ionicis à Minore.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

Pers. I. 65. S. 1, 2.

Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέ-
πτολις ἤδη βασίλειος.

Ex his simul junctis exoriri potest Metrum Ionicum à Minore Tetrametrum Acatalecticum.

Occurrit hoc Dimetrum: Pers. I. S. et A. 1, 2, 3, 4, 5. II. S. et A. 1, 2, 3, 4, 5. III. 1, 2, 3. 8. IV. S. et A. 3, 4. Supplic. XXXVIII. 1, 2, 3. XXXIX. 1, 2, 3. XL. 1, 2, 3. XLI. 1, 2, 3. XLII. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. XLIII. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. XLIV. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.

IV. Ionicum a Minore Dimetrum Anakaωmenon.

Metrum Ionicum à Minore Dimetrum, in quo admittitur Ἀνάκλασις, constat ex duobus pedibus. In priore, Ionici à Minore vicem sustinet Pæon tertius [⏑ ⏑ – ⏑], pes quinque temporum; et in posteriore, Epitritus secundus [– ⏑ – –], qui est septem temporum; qui duo pedes

duobus Ionicis à Minore, quod ad temporis rationem, sunt æquales.

⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

Pers. II. 87. A. 6.

Στρατὸς, ἀλκίφρων τε λαός.

Sic in Pers. II. S. 6. III. 4. Supplic. XXXVIII. 5. XXXIX. 5. XL. 5. XLI. 5. XLII. 11. XLIII. 11. XLIV. 11.

Hæc quæ sequuntur Metra, videntur esse Ionica à Minore Dimetra Ἀνακλώμενα Catalectica.

⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

Pers. IV. 102. S. 7.

Πόλεων τ' ἀναστάσεις.

IV. 108. Antistroph.

6. ———— λα-

7. οπόροις τε μηχαναῖς.

VII. Metrum Iambicum, et Metrum Anapæsticum.

De his Metris, quæcunque in eruditâ ad Euripidis Hecubam Præfatione docuit, optimè sanè docuit, Ricardus Porsonus. De Metro Iambico apud Lyricos, Iambographos, Hipponactemque, et illius imitatores, plura ad explendam omnem omnium expectationem, Editio, quam parat, nova suppeditabit.

Paucissima Choricorum Cantuum sunt loca, in quibus his usus esse Metris videtur Æschylus. Inter tot enim Choricos Cantus, qui in Æschyli Fabulis superstitibus servantur, ille in Prometheo, VIII. 545., solus est atque unicus, ex Iambis et Anapæstis compositus. In hoc igitur isti pedes suum vetus et consuetum tenent nomen. Hos tamen pedes Antispasticam naturam induere posse, ex Antispastorum Tabulâ demonstratum est.

Choricus Cantus unus, in Pers. XXI., qui ex Anapæstis componitur, inter Lyrica Æschylea numeratur; quòd in eo, solutis longis, Proceleusmaticus pes pro Anapæsto usurpatur; et Spondeus ante syllabam Catalecticam, in Anapæstico Dimetro Catalectico, exhibitur.

I. Metrum Iambicum.

I. *Iambicum Monometrum Hypercatalecticum.*

Metrum Iambicum Monometrum Hypercatalecticum constat ex Iambicâ Syzygiâ cum syllabâ Hypercatalecticâ.

⏑ – ⏑ – | –

Prom. VIII. 545. S. 2.

1. ——— Εἰ-

2. πέ που τίς ἀλκά.

et in Antistroph. 553. 2.

Τύχας, Προμηθεῦ.

II. *Iambicum Dimetrum Catalecticum.*

Metrum Iambicum Dimetrum Catalecticum constat ex duabus Iambicis Syzygiis, quarum altera est Catalectica.

⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

Prom. VIII. 545. S. 4.

Ἄρηξις· οὐδ' ἐδέρχθης.

In Antistroph. 4.

Δέ μοι μέλος προσέπτα.

III. *Iambicum Dimetrum Hypercatalecticum.*

Metrum Iambicum Dimetrum Hypercatalecticum constat ex duabus Iambicis Syzygiis cum syllabâ Hypercatalecticâ.

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | –

Prom. VIII. 545. S. 9.

Θνατῶν παρεξίασι βουλαί.

et in Antistroph. 553. 9.

Πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

IV. *Iambicum Trimetrum Catalecticum.*

Metrum Iambicum Trimetrum Catalecticum constat ex tribus Iambicis Syzygiis, quarum ultima est Catalectica.

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

Prom. VIII. 545. S. 6.

Ἄκικυν, ἰσόνειρον, ᾗ τὸ φωτῶν.

In Antistroph. 6.

5. ———— ἀμ-

6. φὶ λουτρὰ καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν.

II. Metrum Anapæsticum.

In Æschyli Choricis Cantibus occurrunt Anapæsticum Monometrum, sive Basis Anapæstica; Anapæsticum Dimetrum Catalecticum, sive Anapæsticum Parœmiacum; et Anapæsticum Dimetrum Acatalecticum.

In his Anapæstis, pes Proceleusmaticus pro Anapæsto, longæ solutione syllabæ, admittitur.

I. *Anapæsticum Monometrum.*

Metrum Anapæsticum Monometrum, quæ vocatur etiam Basis Anapæstica, constat ex duobus Anapæstis.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Prom. VIII. 545. S. 3.

Τίς ἐφαμερίων.

In Antistroph. 3.

Τὸ διαμφίδιον.

Sic in S. et A. 5.

S. Ὀλιγοδρανίην.

A. Τόδ', ἐκεῖνό θ' ὅ, τ' ἀμ-

φί.————

Pers. XXI. 932. S. 3.

Κακὸν ἄρ' ἐγενόμην.

In Antistroph. 940. 3.

Μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.

II. *Anapæsticum Dimetrum Catalecticum et Parœmiacum.*

Metrum Anapæsticum Dimetrum Catalecticum constat ex quatuor Anapæstis, quorum ultimus est Catalecticus.

$$\cup\ \cup\ -\ |\ \cup\ \cup\ -\ \|\ \cup\ \cup\ -\ |\ -$$
$$-\ \ -\ |\ -\ \ -\ \|\ -\ \ -\ |\ -$$

Pers. XXI. 932. S. 4.

Πρόσφθογγόν σοι νόστου, τάν.

In Antistroph. 940. 4.

Ἥσω τοι καὶ πανόδυρτον.

In Parœmiaco, quod cantum claudit, Catalectica syllaba subjicitur Anapæsto, in Strophe et in Antistrophe:

Pers. XXI. 932. S. 7.

Πέμψω πολύδακρυν ἰαχάν.

In Antistroph. 940. 7.

Κλάγξω δ' αὖ γόον ἀϊδακρυν.

III. *Anapæsticum Dimetrum Acatalecticum.*

Metrum Anapæsticum Dimetrum Acatalecticum constat ex quatuor Anapæstis, quorum loco admittuntur Spondei.

$$\cup\ \cup\ -\ |\ \cup\ \cup\ \ -\ \|\ \cup\ \cup\ -\ |\ \cup\ \cup\ -$$

Prom. VIII. 553. A. 1.

Ἔμαθον τάδε, σὰς προσιδοῦσ' ὀλοάς.

Sic S. 1. et sic S. et A. 7 et 8. Pers. XXI. S. et A. 1, 2. 5, 6.

VIII. Metrum Bacchiacum.

Metrum Bacchiacum apud Æschylum constat ex pedibus Bacchiis.

